DE

HABACUCI PROPHETAE

VITA ATQUE AETATE

COMMENTATIO HISTORICO-ISAGOGICA

CUM

DIATRIBA DE PSEUDODOROTHEI ET PSEUDEPIPHANII

VITIS PROPHETARUM.

SCRIPSIT

FRANCISCUS DELITZSCH,
PHILOS. DR. THEOLOGIAE LIC. IN ACADEMIA LIPSIENSI PRIVATIM DOCENS
SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE SODALIS.

EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE,
REINHOLDUS BEYER.

1842.

Lipsiae, typis excudit Fridericus Nies.

Prooemium.

Haec commentatio, qua defensa veniam legendi in academia Lipsiensi adeptus sum, opusculi majoris de Habacuci vita atque aetate prior particula est, qua *traditionis* synagogalis atque ecclesiasticae historia enarratur; alteram particulam, quae tota *critica* est, argumentis et rationibus ex ipsa scriptura petitis, non apocryphis fabulis innixa, primum latine scriptam huic adjicere volebam, sed, mutato consilio, eam germanice elaboratam *Rudelbachio* et *Guerikio,* viris summe venerandis mihique arctissimis fidei amorisque vinculis conjunctis, tradidi, quorum benignitate in Ephemerides, quas edunt, recepta est (*Zeitschrift für die gesammte luth. Theologie und Kirche* 1842. Hft. 1.). Excusa erat haec prior particula jam anno superiore exeunte; ex quo tempore identidem eam pertractavi multaque diligentius investigavi ac perscrutatus sum. Quae vero, die diem docente, vel subtilius limanda vel denuo elaboranda et recens adjicienda intellexi, ad hanc editionem reservavi, quae proinde exemplaribus adhuc virorum doctorum judicio subjectis tum auctior est tum emendatior. Si cui mirum videatur, me de rebus tam abstrusis et inquisitione vix dignis scripsisse, eum reputare ve-

lim, me in commentario ad vaticinia Habacuci scribendo occupatum hunc in libellum congerere voluisse, quae quidem non praetermittenda, sed a commentario, vel ab ejus prolegomenis, aliena esse ducerem. Spero tamen me multam operam non frustra consumsisse et certe adjecta diatriba disciplinae isagogicae aliquid attulisse utilitatis.

His breviter praemissis, non possum, quin, opportunitate avide arrepta, *Roberto Naumanno*, Bibliothecae Civitatis Lipsiensis praefecto eruditissimo atque humanissimo, qui mihi hunc libellum elucubranti ejus Bibliothecae thesauros benignissime aperuit et omnia, quaecunque exoptabam, subsidia indefesso studio subministravit, debitam gratiam publice persolvam.

Scripsi Lipsiae Idibus Martiis 1842.

F. D.

Argumentum.

§ 1.

Etymon nominis Habacuci.

N. חֲבַקּוּק a stirpe verbali ח־בק derivari oportere, nemo, puto, inficiabitur, nisi qui legum linguae hebraicae ignarus sit aut novarum rerum studiosus. Verbi autem ח־בק et conj. *Kal* (ter) et *Piël* in S. S. reperitur, illud semel vi primaria *τοῦ συμπηγνύναι* h. e. complicandi (manus, de segni Koh. 4, 5.), hoc, ut solet, vi intensiva, ceterum utrumque vi amplectendi s. amplexandi (prae amore), nusquam vi (complicatis membris) luctandi, quam quidem vim, si etymon spectamus, sane habere possit, utpote cum stirpe verbali א־בק (*Ni.*) e radice eadem sanscritosemitica prognatum.[1] His positis, quaeritur, quanam formationis via n. חֲבַקּוּק coortum sit. Facile intelligitur, intercessisse aliquod quadriliterum, reduplicatione unius duarumve radicalium ad vim stirpis verbalis adaugendam formatum. Quoad ego video, non intercessit quadriliterum חִבְּקֵק, sed potius חֲבַקְבֵּק (ad similitudinem formarum אֲהַבְהֵב, חֲבַרְבֵּר, חֲפַרְפֵּר, יְרַקְרַק, שְׁחַרְחַר, פְּקַחְקַח), unde n. חֲבַקּוּק, ex חֲבַקְבֻּק abbreviatum. Constat enim, in quadriliteris binarum extremarum radicalium reduplicatione ortis ultimam syllabae penultimae non raro hebetari et in vocalem emolliri, quae poterit

1) Radix est בק, *πηγ-νύειν*, pang-ere (v. librum meum *Jesurun* s. Isagogen in Grammaticam et Lexicographiam Linguae Hebraicae p. 177.), unde, praefixis praepositionibus, quibus vis radicis varietur ac distinguatur: א־בק (unde יָבֹק = יֶאֱבֹק), דְּ־בַק, חֲ־בַק (de praep. ח = ק v. *Jesurun* p. 178. not.).

esse vel longa, velut in חֲטוֹטֵר (pro חֲטַרְטֵר) et חֲצוֹצֵר (= חֲצַרְצֵר), vel brevis, sequente *Dages*, velut in nomine prophetae nostri; nn. vero propria eo modo, quo facilius volubiliusque pronunciari possint, decurtari ac contrahi, vix necesse est, ut multis exemplis confirmemus.[2]) Veteres interpretes, textus hebraici signa diacritica vel ignorantes vel non curantes, n. Habacuci vario modo legerunt ac proinde vario modo transscripserunt. Alexandrini scripserunt Ἀμβακούμ idque pro Ἀμβακούκ, vel ne syllabam extremam eadem litera et inchoaret et concluderet (quemadmodum Βεελζεβούλ pro Βεελζεβούβ), vel quia aliud sibi nominis etymon, quod divinare, sed non definire possumus, sibimet informabant. Legerunt igitur חֲבַקּוּק, quae forma, si a v. חבק derivetur, plane abnormis est, nisi forte eam pro metathesi mere euphonica habeas.[3]) Syri ܚܒܩܘܩ, Arabes حَبَقُّوق scribunt, quasi genuina forma sit חַבְקוּק pro חֲבַקּוּק propter gutturalem, quae quidem forma, a quadrilitero חֲבַקְקַ facta, optime se habet. Nam ab omnibus ejus formae quadriliteris, velut בַּלְבֵּל, כַּלְכֵּל, קַשְׂקֵשׂ etc., talia nomina abstractiva, quorum lingua neohebraica paene infinitam multitudinem exhibet, conformari possunt. Vehementer vero fallitur *Hitzigius*, qui n. prophetae secundum puncta-

2) *Jesurun* p. 162. *Hilleri* Onomasticon c. XXVI – XXXI.

3) Dages per epenthesin recompensatum est, quemadmodum multis in vv. quadriliteris ex conj. *Piël* ortis (*Jesurun* p. 161.) et nn. pluriliteris (ib. p. 207.), et quidem per μ propter sequentem labialem. Errant *Clericus* (in l. III. Artis Criticae) eoque praeeunte *Carpzovius*, qui hanc formam Ἀμβακούμ pro vitio librariorum habent, non ab ipsis LXX, hebraicae lectionis utique peritis, profecto. Quin potius Ἀμβακούμ, ut ex Codd. Patrumque scriptis apparet, genuina est versionis Alexandrinae forma, cujus varietates deinceps ortae sunt: Ἀβακούμ, Ἀββακούμ (Epiph.), Ἀμβακούκ, Ἀββακούκ (forma ad hebraicam recens correcta). Latine scribitur *Ambacum*, verum etiam *Ambacuc* (Chron. Pasch. p. 419.) et *Abacuc*. De coptica nominis scriptione v. Daniel. sec. LXX. ex Tetraplis editum p. 89.

tionem חֲבַקּוּק a. v. בקק derivari censet; nam, quantumvis nostra ex sententia litera ח s. syllaba *'ha* in stirpibus verbalibus ex radicibus secundariâ, at priscâ formatione ortis crebro praepositionalis sit, tamen eam ad quadrilitera aut nomina recens fingenda praeformative adhibitam esse, plane nullum exemplum exstat.[4])

§ 2.
Significatio nominis Habacuci.

Nomen Habacuci ad abstractiva, quorum vocalis *û*, obscurior illa atque, ut ita dicam, feminino-neutralis, propria est, et simul ad iterativa, quae reduplicatione formantur[5]), pertinet. Significat igitur vel luctationem (metonym. subjectum luctationis) vel, id quod mihi praeplacet, amplexationem eamque pluribus complexibus iteratam (metonym. objectum amplexationis). Sunt inter judaicos interpretes, qui priorem significationem haud improbent, velut *Abravanel*, qui Habacucum sic nuncupatum censet, כאילו היה מתחבק עם השם לריב עמו[6]); at sola posterior cum traditione judaica vulgari, ut infra videbimus, consentit, quae quidem hoc n. ex 2 Reg. 4, 16. (כעת חיה אתי חבקת בן) illustrat. Iterativam nominis

4) Hitzigius confidenter, ut solet, dicit: „Die Punctation חֲבַקּוּק leitet den Namen von בקק her, indem sie ח auf gleicher Linie mit dem formativen ח in תְּבַלֵּל als eine nicht zur Wurzel gehörige Agglutination (vgl. חֲבַצֶּלֶת, חֲנָמָל) betrachtet.“ At nn. haec adjectâ terminatione nominali *el* (*al*) formata sunt e formis primariis חָבָץ (*Jesurun* p. 224.) et חָנָם (ib. p. 225). *Chet* servile ad nn. e verbis formanda adhibitum, sicut *Tav* in תְּאַשּׁוּר, תְּבַלֵּל, תְּקוֹמֵם (adversarius), merum commentum est.

5) De horum variis formationibus disserui in l. *Jesurun* p. 162—165.

6) Prooem. in Ezech. f. 158. col. 4.

significationem egregie perspexit Simeon bar-Jochaï aut quicunque in l. Sohar scripsit: אי הכי חבוק מבעי ליה, אמאי חבקוק תרי? אלא חד דאמיה וחד דאלישע דאתחבק עמיה et alio loco: תרין חבוקין הוו חד דאמיה וחד דאלישע דכתיב וישם פיו על פיו. [7] Etiam veteres ecclesiae doctores utramque nominis significationem proponunt, sed quia, ea in re cum judaicis consentientes, nominibus prophetarum characteres eorum portendi atque indicari existimant, significationem luctationis sive luctatoris praeferunt. Synopsis *Dorotheana* n. Ἀμβακοὺμ explicat per Περίληψις. [8] *Hieronymus* in Prologo ad Habacucum ad Chromazium Episc., vel ex eo, inquit, quod amabilis Domini est, vocatur amplexatio, vel quod in certamen et luctam et, ut ita dicam, amplexum cum Deo congreditur, amplectantis, id est, luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem justitiae provocare et dicere ei: cur in rebus humanis et in mundi istius πολιτείᾳ tanta rerum versatur iniquitas? [9] Idem in egregia illa Epist. ad Paulinum: Habacuc luctator fortis ac rigidus stat super custodiam suam et figit gradum super munitionem, ut Christum in cruce contempletur, et dicit: Operuit coelos gloria ejus et laudis ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit; cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus. Lexicographi autem Graeci sequiores, hebraicam nominis scriptionem ignorantes, ex alexandrina ejus forma etymon ac significatum expiscabantur, vocata in auxilium lingua aramaica. Sic Sui-

7) Sohar בשלח init. col. 73. 74. ed. Sulisbac. (Knorrii de Rosenroth), cf. ib. בראשית col. 28.

8) Chronicon Paschale p. 150.

9) Haec plane iisdem verbis *Isidorus Hispalensis* in l. VII. Originum (cap. de prophetis).

das, qui a forma Ἀμβακοὺμ tanquam minus recta legentes ablegat ad Ἀββακοὺμ ibique sic scribit: Ἀββακούμ· πατὴρ ἐγέρσεως. τὸ μὲν γὰρ Ἀββᾶ (אַבָּא) σημαίνει πατήρ· τὸ δὲ Κοὺμ (קוּם) ἔγερσις, ὡς καὶ παρὰ τῷ θείῳ Εὐαγγελίῳ· Ταλιθὰ, κούμ· ἤγουν ἡ παῖς ἐγείρου. Ὅθεν δῆλον, ὅτι διὰ τῶν δύο ββ γραπτέον τὸ Ἀββακούμ. Ex Suida Phavorinus: Ἀββακούμ· πατὴρ ἐγέρσεως.[10])

§ 3.

Epitheton הנביא *nomini Habacuci adjectum.*

Scriptura Sacra de Habacuci vita atque aetate nil refert, nisi quod in capitis primi ac tertii inscriptione nomini ejus additum est epitheton הנביא. Vero indicio, inquit *Stickelius*, mihi est hoc additamentum, auctorem inscriptionis vel de Habacuco nihil praeterea compertum habuisse ignorantiamque addito praedicato, quod ex lectione sequentis voluminis nemo non supplere potuit, celare, vel ne cum aliis ejusdem nominis hominibus hic vates commutaretur, cavere voluisse. In his lapsus est Stickelius per verbi divini despectionem. Nam illud epitheton neutiquam supervacaneum et ad ignorantiam celandam additum est; quandoquidem ex eo perspicitur: 1) Habacucum non tantummodo singulares quosdam prophetiae actus divina gratia expertum esse[11]), sed eum munus propheticum, h. e., munus per impulsum Spiritus

10) Sic quoque auctor historiae synopticae de Prophetarum vita et obitu anonymus a Dav. Hoeschelio cum Adriani Isagoge editus: Ἀμβακοὺμ ἢ Ἀββακοὺ (sic) ἑρμηνεύεται πατὴρ ἐγέρσεως.

11) Actus prophetiae ob speciales rationes ad manifestationem et amplificationem regni Dei spectantes nonnunquam etiam non conversis vel non constantibus vel omnino viris prophetico munere destitutis obtigerunt, velut *Danieli*, qui, tametsi visionum propheticarum excellentissimarum particeps factus, tamen נביא sensu strictiori non erat ac proinde inter hagiographa relatus est. Hinc de Daniele, cum

Sancti ex supranaturali illuminatione docendi, continuo gessisse. Cognominatur igitur הנביא, utpote legatus Dei specialiter et extra ordinem missus, docendi redarguendique causa. 2) eum non, sicut *Amosum* (1, 1. cf. 7, 14. [12]), ab alio munere ad propheticum avocatum, sed ad propheticum munus disciplina quadam (fort. scholae Elisaei) praeparatum, deinde immediata Dei vocatione promotum esse. 3) eum, quippe non paullisper actu prophetico gaudentem, sed munere prophetico inde a tempore vocationis suae constanter perpetuoque functum, non sola haec vaticinia, quae in canone sacro divina nobis providentia conservata sunt, sed plura quoque edidisse, certe multo plura publice sermocinatum esse. Haec omnia ex ipso volumine, ut hallucinatur Stickelius, certo cognoscere non possemus. Si quis vero quaesierit, cur, si haec ita sunt, in lemmatibus aliquot prophetarum hoc epitheton הנביא desit, hoc ipsum, inquam, vero indicio est, has inscriptiones varias, multiformes omnisque aequalitatis expertes non a collectoribus aut redactoribus, ut ajunt, recentioribus adjectas esse, sed ab ipsis prophetis pro singulorum arbitrio divinitus directo, praesertim cum mos proprie orientalis sit, ut auctores nomina libris scriptionibusque suis praefigant, ac prophetas, qui se non solum aequalibus, sed etiam posteris scribere bene sciebant, vaticinia sua anonyme edidisse vix credi possit. Quae-

Haggai, Malachia et Zacharia collato, in tract. talmudico Megilla f. 3, a. dicitur: אינהו עדיפי מיניה דאינהו נביאי ואיהו לא נביא; cf. African. in Ep. de Susanna ad Origenem: *Δανιὴλ ἄλλῳ τρόπῳ προφητεύει, ὁράμασι καὶ ὀνείροις, διὰ παντὸς καιροῦ, καὶ ἀγγέλου ἐπιφανείας τυγχάνει, ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ.*

12) Quem ad locum egregie adnotat Cyrillus Alexandrinus (ad Amos. Opp. Tom. III. p. 329.): *ἐκεῖνο λέγων, ὡς οὔτε Προφήτης ἦν, οὔτε μὴν Προφήτου γέγονεν υἱὸς, κατὰ μαθήτειαν δὲ πάντως, ἤγουν κατὰ πνεῦμα, φημὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἐλισσαιὲ τοῦ Ἠλίου — ἀλλ' ἐμὲ μέν φησιν ἐν τούτοις ὄντα Θεὸς κατὰ τὸ αὐτῷ δοκῶν ἐποιεῖτο Προφήτην.*

ritur igitur, qua de causa Habacuc suo nomini hoc epitheton addiderit. Hoc, si non definire, certe conjicere possumus. Cyrillus Alexandrinus[13]) hoc idcirco factum arbitratur, ut significaret, se divinitus revelata eloqui: *ὅτι οὐ τὰ ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτοῦ λαλεῖν ἔγνωκε, διαπορθμεύσει δὲ μᾶλλον εἰς ἡμᾶς τοὺς παρὰ Θεοῦ λόγους, προαναπείθει σαφῶς προφήτην ἑαυτὸν ὀνομάσας καὶ τῆς εἰς τοῦτο χάριτος ἀποφαίνων ἔμπλεων.* At haec valent etiam de ceteris prophetis, qui in lemmatibus suorum vaticiniorum hoc epitheton omittunt. Propius ad verum accessit *Abravanel*[14]), qui illud הנביא nomini vatis additum ideo censet, ne cui suspicio oboriretur, ac si dignitatis, quam reliqui prophetae, inferioris noster esset, quia trita in aliis vaticiniis vestigia *θεοπνευστίας* (e. c. נאם ה׳, ויהיה דבר ה׳ אלי) frustra in eo requiras. At nonne, nisi tota capitis primi structura dialogica, certe capitis secundi initium huic sententiae vehementer reclamat? Quin potius lyrica et psaltica indoles, quae vaticiniis Habacucianis prae ceteris propria est[15]), flagitavisse videtur, ut, ne forte minoris fierent, prophetam se esse, praesertim in tertii capitis initio, profiteretur.

§ 4.
Fontes vitae Habacuci.

Fontes, ex quibus, quae de Habacuci vita atque aetate scire avemus ac possumus, haurienda sunt, duo sunt: primum, *traditio*, qua edocemur, quaenam veteres tem-

13) Comm. in Habac. I, 1. Opp. Tom. III. p. 519.

14) Citante Carpzovio, Introd. p. 399.

15) Solus Habacuc inter prophetas voce musica סלה utitur idque ter, quod bene urget Eusebius, in l. de propheticorum librorum appellationibus sic de Habacuco loquens: *Ἀμβακούμ. Λῆμμα καὶ αὐτὸς ἴδεν· προφητεύει δεόμενος μὲν περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλήμ,*

poribus, de quibus agitur, multo propiores non suismet ingeniolis, sed narrationibus a majoribus acceptis nixi comperta habuerint memoriaeque prodiderint. At non omnia, quae *παράδοσις* nobis praebet, tantumdem valent; quin potius disquirendum est, quam auctoritatem habeant, quo primum tempore apparuerint et quam late pervulgata sint. Praecipue necesse est, ut in vitis prophetarum traditionem synagogalem et ecclesiasticam discernamus. Synagogalem appellamus eam, quae priscarum judaicarum literarum monumentis consignata exstat; ecclesiasticam, quae in scriptis ecclesiasticis quatuor priorum seculorum vel in recentioribus e talibus desumta reperitur. Ecclesiastica autem traditio neutiquam synagogali inferior est; nam Judaei in iis, quae ad vitas prophetarum pertinent, conservandis, quia omnino *Halacham Hagadae* longe anteponebant [16], negligentiores esse deprehenduntur et non pauca (in his mire absurda) exhibent, quae tantummodo ad Hagadam hermeneuticam, minime ad historicam referri oportet: quare permulta, quae in judaicis scriptis frustra quaerimus quaeque tamen a Judaeis accepta esse ex indiciis satis certis concludere possumus, a solis ecclesiae scriptoribus tradita inveniuntur. Cujus rei hanc quoque causam esse credo, quod nonnulli Patrum hebraicarum literarum gnari libris judaicis, apocryphis potissimum, usi sunt, qui, etiam in Talmudibus Midrasisque hic illic nominati, ad nostra tempora

προσημαίνων δὲ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος. λέγει δὲ καὶ προφητεύει κατὰ τῶν καταφρονητῶν, εἶτα μεταξὺ προσευχή ἐστι τοῦ προφήτου μετ᾽ ᾠδῆς. καὶ τρία διαψάλματα ἐστιν ἐν τῇ λεγομένῃ ᾠδῇ ᾄδοντος αὐτοῦ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς κατὰ θανάτου νίκης. Et Hieron. (praef. l. II. in Habac.): In Abacuc librum scribimus, proprium cantico ejus opusculum dedicantes, sermonemque epicum et psalterii, id est, lyrico more compositum totis viribus aggredientes.

16) Hinc istuc: אין מקשין בהגדה h. e. „in Hagada non valet critica disceptatio.“

non pervenerunt.[17]) Ab hac igitur traditione judaico-ecclesiastica, utpote initio et quasi fundamento investigationis, ne temere hariolemur aut in vanis conjecturis excogitandis et stabiliendis frustra desudemus, exeundum est; at nonnisi creduli ac superstitiosi in ea acquiescent. Imo materiam duntaxat suppeditat eorum, quae ad Sacram Scripturam tanquam lapidem Lydium diligenter ac sobrie examinanda sunt. *Scriptura Sacra*, licet de vita Habacuci nihil expresse nobis referat, est tamen fons alter, ex quo, assumta traditione, hauriendum. Perpendenda sunt deinceps: 1) argumentum libri Habacuci; 2) ordo, quo collocatus est; 3) historia temporum reipublicae judaicae, quibus maxime conveniat; 4) ratio, quae inter eum ceterorumque prophetarum dictionem ac vaticinia intercedit. Sic consultum erit, ne vel, ex sola S. S. augurantes, in ventosas conjecturas argumentis conjectatoriis confirmatas delabamur, vel, sola traditione contenti, anili superstitione obligemur. Primum igitur omnia, quae traditio de Habacuco narrat, Patrum Rabbinorumque scriptis diligenter excussis ac pervestigatis, recte atque ordine exponemus.

§ 5.

Testimonia historiographorum judaicorum de aetate Habacuci.

Vetustissimum inter historiographos judaicos de aetate, qua Habacuc prophetaverit, testimonium exstat in l. סדר עולם זוטא, qui, etsi ea specie, qua ad nos pervenit, seculo VIII. non antiquior, tamen e relationibus partim antiquioribus concinnatus videtur.[18]) Ibi legitur: יואל נרום

17) Velut מגלת יוחסין pluresque ספרי הגדה sine dubio etiam historias de prophetis continentes (*Zunz*, Gottesd. Vorträge p.128.129.)

18) *Zunz* l. l. p. 185—189.

וחבקוק נתנבאו בימי מנשה ולפי שלא היה מנשה כשר לא נקראו על שמו, h. e., Joël, Nahum et Habacuc prophetarunt regnante *Manasse*, at quia Manasse non erat probus, ejus nomen ipsorum vaticiniis non praefixum est.[19]) Librum ס״ע, longo temporis intervallo interjecto, excipiunt opera illa historica notissima יוחסין, שלשלת הקבלה et צמח דוד, quae in eo consentiunt, Habacucum sub Manasse prophetasse et Nahumi discipulum fuisse. *David Gans*, auctor l. Zemach David, haec adnotat ad a. 4190: „Joël b. Petuël propheta, cujus aequales[20]) erant Nahum, Habacuc et Seraja sacerdos summus. Hi doctrinam traditam acceperunt a Micha Morasite[21]), quae est secundum *Isaacum Abravanel* traditionum propheticarum (h. e. institutionum prophetarum per prophetas) decima, sinaiticarum vicesima quarta“ etc. Idem ad a. 4254: „Habacuci, qui de Nebucadnezare, Persis ac Medis vaticinatus est, aetatem nescimus. Quid veteres ea de re sentiant, supra protulimus (ex ס״ע et הלכות גדולות ad a. 4190); testante l. *Juchasin* doctrinam traditam accepit a Nahumo Elcesaeo ao. 4254.“ Eadem fere in l. *Shalshelet* reperiuntur. Habacucum sub Manasse prophetasse, suo assensu comprobarunt Jo. Harduinus, Herm. Witsius, Franc. Buddeus, alii. Eum a Nahumo informatum esse, mera conjectura esse videtur ex ordine dodecapropheti[22])

19) Idem iisdem verbis in *Jalkuth* Nahum § 560. et, ut sponte intelligitur, apud interpretes ad Hab. I, 1.

20) מב״ד h. e. מבני דורו, non מבית דין, uti ridicule Vorstius: „*e domo judicii*.“

21) De quo Baba Batra 14. (Pesachim 88.): ארבעה נתנבאו בפרק אחד הושע עמוס ישעיה מיכה. *Jesaias, Micha, Amos, Habacuc* chronologica serie nominantur Makkot III. Een Jacob 146, b.

22) Qui ad viros Magnae Synagogae refertur in illo *Babae Batrae:* אנשי כנסת הגדולה כתבו יחזקאל תריעשר דניאל ומגלת אסתר.

facta. Erant tamen, qui hanc conjecturam, quasi veterem traditionem, admodum verisimilem esse assererent.[23])

§ 6.

Testimonia historiographorum ecclesiasticorum de aetate Habacuci.

Habacucum jam regnante *Manasse* prophetam exstitisse et usque ad Danielis et Jesu filii Josedec, primi a *Cyri* aetate pontificis, vitam perduxisse, in Judaea vaticinantem, dum in Babylonia vaticinaretur Ezechiël, inter christianos auctores testatur *Syncellus.*[24]) *Chronicon* autem *Paschale* Habacucum paulo recentiorem facit; nam primum eum commemorat ad Olymp. XXXII, 5—7. (A. M. 4856—4858), h. e. ineunte regno *Josiae* (4851 — 4882), ut Sophoniae et Nahumi aequalem; deinde ad Olymp. XLII, 4. (A. M. 4897), h. e. regnante *Zedekia* (4894 — 4905), ut Baruchi in Aegypto, Ezechielis, Nahumi, Malachiae junioris, Haggaei et Zachariae aequalem; tum ad Olymp. LI, 10 — 12. (A. M. 4932—4934), versus finem regni *Darii f. Assveri* (cogn. Astyages 4922—4935), ut Danielis in lacum leonum conjecti obsonatorem; denique ad Olymp. LII, 1. (A. M. 4936), ineunte regno *Cyri* (4935 — 4965), deleto Medorum imperio, ut Danielis et Ezechielis in Perside, Haggaei et Zachariae in Judaea aequalem.[25]) Habacucum non modo sub Zedekia, sed jam sub

23) Velut auctor diatribes de Hab. aetate et scriptis in Eichhornii Bibl. T. X. p. 3. p. 379 ss., qui Hab. inter Jesaiam et Jeremiam ponit.

24) Chronographia p. 214. 230. 240.

25) Chron. Paschale ed. Carolus du Fresne p. 119, d. 130 d. 142, a. c. *Ἐργασίας μάταιον * αὐτὸ εἶναι. Ἔτι δὲ καὶ τὸν δράκοντα ἀνεῖλεν ὃν ἐσέβοντο Βαβυλώνιοι, δι' ἣν αἰτίαν αὐτὸν αἰτησάμενοι ἔβαλλον εἰς λάκκον λεόντων. Ἐκ προνοίας δὲ Θεοῦ δι' Ἀμβακοὺμ τραφεὶς ἕπτα ἡμέρας σῶος ἀνήχθη, καὶ ἀντὶ αὐτοῦ οἱ ὑπεναντίοι αὐτοῦ βληθέντες*

Josia prophetasse, solum prius concedens, negat *Georg. Cedrenus*, cum dicit (Hist. p. 86.): — *ἐπὶ δὲ Ἰωσίου καὶ τὰ μετ' αὐτὸν Ἱερεμίας, Σοφονίας, Ὀλδά, Βαρούχ. ἐπὶ Σεδεκίου Ἱερεμίας, Ἀμβακούμ.* Habacucum vero sub Zedekia munere prophetico functum usque ad tempus, quo Daniel secundum in lacum leonum conjectus est, unanimi consensu ab ecclesiasticis historiographis confirmatur. Sic jam *Clemens Alexandrinus* in epitome historiae israeliticae, quam Stromatibus suis intexuit: *εἶτα Σεδεκίας ἔτη ἕνδεκα, καὶ μέχρι τούτου προφητεύων διατείνει Ἱερεμίας· προφητεύουσι δὲ καὶ Βουζὶ καὶ Οὐρίας ὁ υἱὸς Σαμαίου καὶ Ἀμβακοὺμ σὺν αὐτῷ*, idemque de aetate Darii loquens: *τότε διὰ Δράκοντα* (propter draconem) *Δανιὴλ εἰς λάκκον λεόντων βληθεὶς ὑπὸ Ἀμβακοὺμ προνοίᾳ Θεοῦ τραφεὶς ἑβδομαῖος ἀνασώζεται.* [26]) Haec omnia vel ignorans vel aspernans, *Augustinus* ait: Tres prophetae de minoribus Abdias, Naum et Abacuc nec sua tempora dicunt ipsi, nec in *Chronicis Eusebii* et *Hieronymi*, quando prophetaverint, invenitur. [27])

§ 7.

Habacuc speculator a Jesaia constitutus et ejus circulus propheticus.

His expressis de Habacuci aetate testimoniis adjiciemus aliud midrasicum, quo ejus aetas tectius innuitur. In Jesaiae cap. XXI., cujus initio (v. 1—10) interitus Babylonis per Medos et Elamitas emblematice praedicitur, propheta jubetur, speculatorem (המצפה) constituere, qui,

παρὰ τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως (Δαρείου υἱοῦ Ἀσσουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος Μήδων) εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων παραχρῆμα ἐβρώθησαν.

26) Stromat. p. 391. 392. (duobus locis) ed. Oxon. Cf. *Librum Generationis* apud Du Fresne, Chronicon Pasch. p. 418.

27) De civit. Dei XVIII, 31. Augustinum ad probationem temporis Abacuci testimonio apocrypho non usum esse urget Lud. Vives.

quae videat, nuntiet. Qui ut vecturam equorum jumentorumque eminus conspexit, ad haec attentissimus, instar leonis, h. e. altissima voce (ויקרא אריה), exclamat: In specula, Domine, ego per diem adsidue sto, inque mea custodia totas noctes permaneo; et ecce veniunt currus hominum bijugesque equites! Tum (accepto Dei visionem interpretantis responso), cecidit, cecidit, inquit, Babylon omniaque deorum ejus simulacra humum prostrata perfregit (Deus). Ad haec *Raschi* (qui totus in traditione prisca referenda versatur): „Significat Deus, exstiturum aliquem e discipulis Jesaiae, qui de Dei attributis (quibus mundum gubernat) propter longam ac diuturnam Babylonis prosperitatem expostulaturus conquesturusque sit, h. e., *Habacucum*, qui circulum fecit (עג עוגה) in eoque constitit, non inde egressurus, donec Deus ad semet ipsum justificandum ei respondisset (Hab. 2, 1. [28]). Hunc, inquit Deus Jesaiae, in ista specula statue, de me ei promittens futurum, ut in specula permanens ruinam Babylonis conspiciat conspectamque palam pronuntiet." Fabula de Habacuci circulo, quae ex ipsius verbis ejusque cum ceteris, qui de Dei providentia querelas dubias atque anxias jecerunt, comparatione [29]) elicita est, non recens conficta est, sed jam primo post Chr. seculo ferebatur et, ut ex historia de Onia eodem modo tempore maximae siccitatis Deum implorante [30]) apparet, non addubitabatur. Hinc etiam in Targume tertii cap. Hab. quondam exstabat, sed nescio quo casu excidit. Interpretatio vero illius המצפה,

28) עוגה עג חבקוק ועמד בתוכה ואמר לא אזוז מכאן עד שאשמע מה ידבר בי על שאלתי זאת למה הוא מביט ורואה בהצלחתו שלו ומה אשיב אל הבאים להתוכח לפני Raschi ad Hab. 2, 1.

29) ארבעה הם שסדרו תפלה וקנטרו כלפי מעלה Jalkuth ad Hab. 3, 1. § 563. Ikkarim 42. 44.

30) ת"ר פעם אחד יצא רוב אדר ולא ירדו גשמים. התפללו (חוני המעגל) ולא ירדו עג עוגה ועמד בתוכה כדרך שעשה חבקוק הנביא

quam nemo non pro nova conjectura, at lepida profecto atque ingeniosa habebit, eo fulcitur, quod אריה (v. 8.) per gematriam numerum eundem, quem n. חבקוק, efficit. *Stickelius* ad eam refellendam male animadvertit, n. מצפה a Jesaia nusquam de propheta dici, cum 1) in vaticiniis jesaianis nullibi praeter hunc locum reperiatur; 2) alibi hac significatione solenne sit, velut Micha 7, 4; 3) n. צופים ea ipsa significatione a Jesaia adhibeatur 56, 10.; 4) in Habacucum, collato capitis II. initio, egregie quadret; 5) ab interpretibus praestantissimis atque etiam paraphrasta (אֲמַר נְבִיָא) de propheta intelligatur. Contra isti interpretationi non modo non repugnatur, verum etiam favetur inter nostros a *Varenio* (Comm. ad Jes. l. l.). *Vitringa* vero (in suo Comm. ad eundem l.) speculatorem et excubitorem, quem Jesaias constituere jussus erat, ut supplicia Babylonis observaret et visa ipsi interpretaretur, *Jeremiam* dicere mavult, qui cc. L. et LI. Babylonis exitium magna et prolixa vaticinatione exposuit.

§ 8.

Habacuc Sunamitidis filius.

Quaeritur, quibus parentibus et ubi natus sit Habacuc propheta. Silente scriptura, circumspicienda sunt, quae ferat traditio. Ac primum quidem quid judaica respondeat, sciscitantes, occurrit nobis fabula illa notissima ac πολυθρύλλητος, quae perhibet, Habacucum filium fuisse *Sunamitidis*, quem *Elisa* propheta aetate puerili subito mortuum resuscitavit (2 Reg. 4, 8 ss.), plane sicut *Jona*

שנאמר על משמרתי אעמדה וכו׳ Taanit III. (Een Jacob § 56.); Chagiga II. (ib. § 13.). Raschi n. עוגה non circulum, sed foveam s. scrobiculum (גומא עגולה) esse dicit, et historiam de hac fovea Habacuci narratam esse testatur בתרגום של תפלה לחבקוק (cf. *Zunz*, Gottesd. Vortr. p. 78 s.).

viduae Sareptanae, quem Elias vivum matri restituit, filius esse judaico-ecclesiastica traditione perhibetur.[31]) Sunamitis ista, ut alicunde adjicitur, soror erat *Abisagi* Sunamitidis, concubinae Davidis (1 Reg. 1, 3. 2, 17.) et uxor prophetae *Iddo*, cujus libri duo proxime post tempus Salomonis citantur (2 Par. 12, 15. 13, 22.[32]). At haec fabula de Habacuco filio Sunamitidis, quae, collato nomine prophetae cum 2 Reg. 4, 16. (כעת חיה את חובקת בן), firmatur, neutiquam traditio tam vetus est, quam nonnulli opinantur, ac proinde neque apud Dorotheum neque apud Epiphanium invenitur. *J. L. Benseb* (in l. מבוא אל מקראי קדש) eam in Talmude reperiri ait; utinam adjecisset locum, ne hoc oscitans hallucinatus esse videretur. Nam in Talmude et Midrasis, ubi filius Sunamitidis non raro commemoratur (Berachot 10. Nidda 70. Ex. Rabba c. 19. Deuter. Rabba c. 10. Cant. Rabba 15, d. s. סמכוני [33]) ne vestigium quidem ullum ejus traditionis apparet, qua de causa etiam Raschi et Jalkuth ad 2 Reg. 4. itemque Nachalat Simeoni de ea reticent. Nihilominus ab interpretibus sequioribus (velut *Abravanele*, *Abendana*, aliis) ad rabbinos veteres (חז"ל) refertur.[34])

31) De hoc solo sermo est *Tosafot* Baba Mezia 114. b.

32) Fallitur *Plessnerus* (Apocryph. מבוא p. 45.), qui tradi fingit, Sunamitidem uxorem *Obadiae* fuisse. Scilicet confudit, quod et aliis accidit (velut Heinsio in Hist. Eccl. I. p. 161.) traditiones prorsus diversas. Bene discernendae sunt: 1) הצרפתית (1 Reg. 17,9 ss.), cujus filius Jona proph. esse dicitur (Pirke Eliëzer, Jalkuth, Doroth. Epiph.); 2) אשה מנשי בני הנביאים (2 Reg. 4, 1.), non Sunamitis, sed vidua Obadiae oeconomi Ahabi et deinde prophetae (Trg., Josephus, Ephraem Syr., Jalkuth, Kimchi al.); 3) השונמית (2 Reg. 4, 8.), non vidua, sed mater, ut dicitur, Habacuci, uxor prophetae Iddo (Pirke Eliezer c. 33. אשתו של עדו הנביא, pro quo in Jalkuth ad 2 Reg. 4. § 228. perperam: אמו).

33) Alius per Elisam resuscitati mentio injicitur in Seder Olam c. 20.; Trg. ad Prophetas; Pirke Eliezer c. 33.

34) חז"ל אמרו שהוא בן השונמית שהחיה אלישע הנביא כמו שיונה

Ego vero nullam ejus auctoritatem invenire potui libro *Sohar* antiquiorem, qui initio Paraschae בשלח historiam Sunamitidis copiose et, ut solet, mystice exponit. Ibi inter alia haec (cujus nonnulla nomen prophetae illustrantia jam supra adduximus) leguntur: יי שמעתי שמעך יראתי האי קרא אמרו חבקוק בשעתא דחמא מיתתיה ואתקיים על ידא דאלישע אמאי אקרי חבקוק בגין דכתיב למועד הזה כעת חיה את חובקת בן ודא בריה דשונמית הוה ותרין חבוקין הוו חד דאמיה וחד דאלישע דכתיב וישם פיו על פיו, et alio loco ad 2 Reg. 4, 16: דא הוא חבקוק נביאה כד"א את חובקת בן אי הכי חבוק מבעי ליה אמאי חבקוק וכו'[35]). Huic igitur midraso Sohari etymologico, aliis auctoribus plane destituti, innituntur *Abravanel* (l. c.) et auct. l. *Juchasin* (f. 12, b.[36]). Eadem fabula, teste Carpzovio, exstat in l. מאמר אם כל חי (115, a.), et, id quod multo majoris momenti est, teste Sanctio (Proleg. I. in Habac. f. 1111), in exemplaribus chaldaicis, quae ms. servantur in Bibl. Complut., verum sublata et omissa sunt in Bibliis Regiis Antverpiensibus. Ceterum turpi anachronismo Habacucum, si modo eum sub Joramo rege Israelis (896—884) ab Elisa resuscitatum[37]) ponimus eundemque sub Manasse, rege Judae (699—644 vel 696—641), prophetasse tenemus, ad minimum CCXXX annos vixisse fingit. Attamen Vorstius „hanc veterum Hebraeorum sententiam non carere probabilitatis specie" au-

היה בן הצרפית שהחיה אליהו כי שניהם נבאו מכח השפעת רבותיהם (Abravanel).

35) Sohar בשלח init. c. 73. 74. בראשית c. 23. ed. Sulisb. cf. *Wolf*, Bibl. II. p. 181. *Schoettgen*, Messias p. 84.

36) Ubi תוספתא vitiose scriptum est pro תוספות.

37) Circ. 4 annos natum aut plures, ita tamen, ut matris genibus aegrotus insideret, Crusii Hypomn. I. p. 297 not.

tumat; quid quod nuper *David Deutsch* in Comm. suo ad Hab.[38]) ejus defensionem suscepit.

§ 9.

Habacuc filius Jesu Levita.

In l. Danielis sec. LXX, quem e Tetraplis Origenianis descriptum Cod. Chisianus exhibet, apocrypha de Belo et Dracone, quae Σουσάνναν insequuntur, inscripta sunt: Ἐκ προφητείας Ἀμβακοὺμ υἱοῦ Ἰησοῦ ἐκ τῆς φυλῆς Λευί. Eadem inscriptio reperitur in versione syriaca Hexaplari, in qua Danieli canonico in capp. X digesto tria ista apocrypha item in ecclesia legi solita subjiciuntur. Secundum de Belo hancce inscriptionem (simul ad תנינא pertinentem) gerit: מן נביותה דחבקוק ברה דישוע מן שרבתה דלוי. Qua quidem inscriptione aperte indicatur, haec apocrypha de Belo et Dracone (cum Susannâ sec. Eusebium, Apollinarium et Hieronymum[39]) fluxisse ex prophetia vel potius partem esse prophetiae *Habacuci filii Jesu de tribu Levi*, h. e., has historias ab ipso consignatas memoriaeque proditas esse; namque jam Hieron. illud ἐκ (مى) partitive intellexit, προφητείαν autem (ܢܒܝܘܬܐ) non solum de rerum futurarum praedictione, sed etiam de rerum

38) ספר חבקוק מתורגם אשכנזית ומבואר Vratislaviae 1837. 8.

39) „Sed et hoc nosse debemus, inter cetera Porphyrium de Danielis libro nobis objicere: idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebraeos, sed Graeci sermonis esse commentum, quia in Susannae fabula contineatur, dicente Daniele ad Presbyteros, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, quam etymologiam magis Graeco sermoni convenire, quam Hebraeo. Cui et *Eusebius* et *Apollinarius* pari sententia responderunt, Susannae Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, sed partem esse prophetiae Habacuc filii Jesu de tribu Levi, sicut juxta LXX interpretes in titulo ejusdem Belis fabulae ponitur ...... Unde et nos ante annos plurimos, quum verteremus Danielem, has visiones obelo praenotavimus, significantes eas in Hebraico non haberi. Et miror quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi, quasi ego

gestarum narratione impulsu et ductu divino facta dici notum est. Inscriptio illa vel ab Alexandrinis in aramaico hebraicove exemplari, unde transtulerunt, inventa vel ab ipsis recens addita vel posterius ad fidem historiarum corroborandam praefixa esse potest; nihil vero impedit, quominus eam pro antiqua ac tamen notha habeamus. Ergo veteres apocryphorum illorum trilogiam non a Daniele derivabant, sed ab Habacuco propheta (*ἐκ προφητείας*), quem suam ad Danielem in lacum leonum conjectum translationem, adjectis historiolis de Belo (et Susanna), quae ipsi in Judaea degenti innotuerant, instar Jonae propria manu literis consecravisse credebant.[40] Neque dubium esse potest, hunc Habacucum Levitam ex sententia antiquitatis eundem esse, quem Habacucum, cujus prophetia canonica exstat; quare non necesse habemus, cum plerisque pontificiorum duos Habacucos prophetas, ne apocryphorum auctoritati quidquam detrahatur, discernere, vel cum *Bertholdo*, qui veritatem conjecturis obruit, comminisci, fabulas de Belo, Dracone et Susanna Habacuci cujusdam esse, ignoti ceterum hominis, quem in prophetam transmutaverit interpolatoris alicujus posterioris superstitio vel fallacia.[41] Quin potius inscriptio ista eo orta esse videtur, quod narrationes ab Habacuco, ut veteres opinabantur, primum relatae, prophetica ejus auctoritate confirmatae et orali traditione propogatae dein-

decurtaverim librum: quum et Origines et Eusebius et Apollinarius aliique ecclesiastici viri et doctores Graeciae has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebraeos fateantur.“ Hieron. Proem. comm. in Dan. cf. eundem ad Dan. 13, 59.

40) Hinc in *Athanasii* Synopsi (Opp. II. p. 184.) et *Nicephori* Stichometria post libros V. T. *ἀντιλεγομένους* inter apocrypha memorantur *Βαρούχ*, *Ἀμβακούμ*, *Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα*. Habacuci nomine nihil aliud denotari existimo, quam fabulas de Bele et Dracone *Προφητεία τοῦ Ἀββακοὺμ* inscriptas, Fabricii Cod. Pseudepigr. V. T. I. p. 1116. (Huetius p. 510. Carpzov. Introd. p. 404.)

41) Daniel p 155. 156. cf. Stickel, Prolus. p. 14. 15.

ceps ab ipso conscriptae esse credebantur, quanquam ex verbis inscriptionis (si praepositionem ἐκ non partitive, sed derivative intelligas) ne hoc quidem necessario sequitur. At quomodocunque haec res se habet, apparet tamen, Habacucum, prophetam veterem, filium Jesu cujusdam et Levitam declarari.[42]) Nobis sufficit, hoc de Habacuco testimonium, quod cetera omnia antiquitate superat et cujus nec veritatem nec falsitatem facile quisquam demonstraverit, in medium protulisse.

§ 10.
Habacuc Bethzachariae natus.

Traditioni Alexandrinae, Habacucum *Levitam* fuisse, cui plurimum favet psalmus (תפלה) Habacuci et cui suffixum explicatu difficillimum illius למנצח בנגינותי (3, 19.) egregie convenit[43]), ex parte adversatur alia traditio, quae a Dorotheo et Epiphanio nobis conservata est. Dorotheus in syngrammate de prophetis (quod in Chronicon Paschale receptumest), praemissa brevi characteris prophetae christologici adumbratione, *Ἀμβακουμ*, inquit, *ἦν ἐκ φυλῆς Συμεὼν, ἐξ ἀγροῦ Βῆθι τοῦ Χάρ.* Iisdem verbis, sed transpositis Epiphanius in libello de prophetarum vita atque interitu: *Ἀββακοὺμ ὁ Προφήτης· οὗτος ἦν ἐξ ἀγροῦ Βηθζοχὴρ ἐκ φυλῆς Συμεών.*[44]) Quae verba non possunt aliter intelligi, nisi Habacucum de tribu Simeonis oriundum (id quod traditioni Alexandrinae repugnat[45]) ac natum esse in agro h. e. vicinia vici *Βῆθι τοῦ Χὰρ* s. *Βηθζο-*

42) Ergo recte Plessnerus: חבקוק הע' זקנים קראוהו חבקוק בן יהושע משבט לוי (Apocryph. p. '60.)

43) Etiam trad., Habacucum, diruto templo, in rus se recepisse, et vaticinium *ἄγραφον*, quod ei tribuitur, apte quadrant.

44) Chron. Pasch. p. 150 s. Epiph. Opp. II. p. 246 s.

45) Hinc *Huetius:* „Ego et supra jam dixi et nunc etiam asseverantius dico, geminum fuisse Habacucum, alterum Danielis obsonatorem, alterum Prophetam Manassis coaevum de Tribu *Simeonis*,

χήρ (id quod cum levitica prophetae origine stare optime potest). In hoc nomine proprio scribendo mira est Codicum et scriptorum, qui sua a Dorotheo et Epiphanio mutuati sunt, varietas.[46]) At si topographiam Palaestinae diligenter perlustramus, vix ullum invenimus vicum nomine et re ipsa magis convenientem, quam *Βαιθζαχαρία*, ubi Antiochus Eupator Judam Maccabaeum devicit (1 Macc. 6, 32. 33.) s. τὸν τόπον ὅς καλεῖται *Βεθζαχαρίας* (*Βεθζακαρία*), 70 stadiis Hierosolymam versus a *Bethzur* dissitum (Joseph. Ant. 12, 9, 4. Bell. 1, 1, 5.). Ergo situs erat hic vicus in tribu **Juda** nec differt a vico judaeo כפר דכרין s. כפר דכריא (n. ex hebraico בית זכרים aramaizatum), qui in Talmudd. hic illic commemoratur (Gittin 57, a. jer. Taanit 4.) ac nomen suum usque ad nostram memoriam conservavit, ad septentrionem Lyddae, haud procul a Maresha (Morasthi), vico, ut Onomasticon habet, contra orientem Eleutheropoleos.[47]) Mediam formam inter hebraicam et aramaicam repraesentat Χαφὰρ Ζαχαρία Sozomeni IX, 17. Haec traditio de loco, ubi propheta natus sit, mirifice confirmatur iis, quae Eusebius, Sozomenus, Hieronymus et Nicephorus de Habacuco *Ceïlae* in tribu Juda (ad orientalem plagam Eleutheropoleos, pergentibus Chebron quasi octavo milliario) sepulto referunt.

cum illum *Levitica* prognatum esse declaret titulus historiae Beli et Draconis, quem ex editione LXX Senum repraesentat Hieronymus." Quid si utrumque commentum sit? At, si alterutrum pro vero habendum, multo prudentius judicat *Simon de Magistris*: „Nemo certiora prodidit praeter LXX, qui ipsum fuisse de Tribu Levi ac filium Jesu nos docent."

46) Doroth. lat.: *Biticuchar*; Codd. Epiph. Βηθζοχήρ, Βιθζεχάρ; Cod. Reg. Βυζζουχάρ; Symeon Logotheta: Βητουχάρ; auctor tract. de proph. ms.: Βιδζούχαρ; Cod. al. Βδζουχάρ (*Charles du Fresne* ad Πασχάλιον p. 506.). Cratander in priori Epiph. ed. aeque ac Theophylactus: Βηξζοχήρ.

47) *Zunz* in Itinerario Binjamini de Tudela ab A. Asher edito II. p. 440 s. Reland, Palaestina p. 660. 758.

§ 11.

Habacuc Ostracinen profugus Arabumque accola.

Accedimus ad aliam traditionem memoratu dignissimam, cui, licet per semet ipsam incertae, quid opponi possit nescio, Habacucum, ut Nebucadnezar Hierosolyma obsedit, in *Ostracinam* fugisse et peregrinum in finibus Ismaelitarum consedisse [48]; posteaquam vero Chaldaei, capta ac diruta urbe sancta, discesserant et qui Hierosolymis relicti erant, in Aegyptum se receperant, eum et ipsum in patriam reversum ruri vitam egisse atque agro colendo praefuisse, messoribus necessaria ministrantem. Hanc traditionem posteritati propagaverunt *Dorotheus* ejusque interpolator Epiphanius. *Οὗτος*, inquit Dorotheus, *εἶδεν πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας περὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπένθησεν. Ναβουχοδονόσωρ ὅτε ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἔφυγεν εἰς Ὀστρακίνην* [49], *καὶ ἦν πάροικος ἐν γῇ Ἰσραήλ* (leg. *Ἰσμαήλ*). *Ὡς δὲ ὑπέστρεψαν οἱ Χαλδαῖοι, καὶ οἱ κατάλοιποι οἱ ὄντες ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον, ἦν παροικῶν γῆν αὐτοῦ, ἐλειτούργει θερισταῖς τοῦ ἀγροῦ αὐτοῦ.* Haec partim emendaturus partim amplificans Epiphanius: *οὗτος εἶδεν πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας περὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπένθησε σφόδρα ἐπὶ τῇ πόλει καὶ τῷ λαῷ. καὶ ὅτε ἦλθε Ναβουχοδονόσορ εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ πορθῆσαι αὐτὴν, οὗτος ἔφυγεν εἰς Ὀστρακίνην, καὶ ἦν ἐκεῖ πάροικος εἰς γῆν Ἰσμαήλ.* [50] *ὡς δὲ ὑπέστρεψαν οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν γῆν αὐτῶν, λάφυρα*

48) Conf. Abulfeda H. Anteisl. p. 50. وهرب منهم جماعة الى الحجاز واقاموا مع العرب h. e. alii (devastatis Hieros.) in El-Hegâz fugerunt ibique inter Arabes consederunt.

49) Sym. Logotheta: *εἰς Ρότνην*.

50) Sic quoque recte Logoth. (*ἐν γῇ Ἰσμαήλ*) et auct. tract. ms. (*καὶ ἦν ἐκεῖ πάροικος εἰς γῆν Ἰσμαήλ*).

αὐτὴν ποιήσαντες, καὶ οἱ κατάλοιποι οἱ ὄντες ἐν Ἱερουσαλὴμ κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον, αὐτὸς δὲ ἀνῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ ἐλειτούργει τοῖς θερισταῖς τοῦ ἀγροῦ ἑαυτοῦ (ἔσπειρεν γὰρ κριθάς) καὶ ἥψησεν αὐτοῖς ἐδέσματα. Ostracine, cujus nomen ad hunc usque diem promontorium *Straki* (formâ francâ *Stragiani*), inter *Ras el-Kasarun* et *El-Arisch* intermedium conservavit, urbs erat Aegypti maritima et Palaestinam Arabiamque versus extrema, 26 milliaribus a Cassio totidemque a Rhinocolura dissita, 65 a Pelusio, aquarum potabilium penuria laborans. Ex Josepho discimus, eam iter unius diei abfuisse a templo Jovis Cassii in Cassiotide, bidui a Pelusio, unius diei a Rhinocolura eamque mediam sitam esse in via a templo Jovis Cassii ad Rhinocoluram. Haec ipsa urbs in Gemara quoque commemoratur et in historia ecclesiae nacta est quandam celebritatem.[51])

51) Titus (narrante Josepho Bell. V, 14.), a patre ad excidendam Hierosolymam delegatus, exercitu per biduum *Pelusii* recreato, tertio die Pelusii fines transit unamque mansionem profectus per desertum ad Casii Jovis templum castra ponit, *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κατὰ τὴν Ὀστρακίνην. οὗτος ὁ σταθμὸς ἦν ἄνυδρος, ἐπεισάκτοις δὲ ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. μετὰ τοῦτο Ῥινοκορούροις ἀναπαύεται.* Hinc proverbialiter dicitur *αἰτεῖν ὕδωρ παρὰ τῶν Ὀστρακίνην οἰκούντων* (Gregor. Nazianz. Ep. XLVI.). Inter ethnicos scriptores Ostracines mentionem facit Plin. V, 12.; Ammianus Marcellinus eam ad Augustamnicam (Primam) refert. Vicina erat Arabiae, unde in fragmentis gr. l. de nn. Hebr.: *Κηδάρ· Ὀστρακίνη.* In Gemara (Batra 20. Beza 39. Menachot 21.) מלח אסתרוקנית (Jalkuth f. 121, b. perperam scribitur אסתרונקית) h. e. sal Ostracinense (de quo v. Reland. Pal. p. 60 s.), sodomiticâ (סדומית) exilius, sed tamen in oblationibus sacris admissum, crebro nominatum reperitur. Ad hanc urbem evangelii praedicatio cito pervenit. Etiamsi Dorotheo fidem non habemus, qui *Σίμωνα τὸν ἐπικληθέντα καὶ Ἰούδαν ἐν Ὀστρακίνῃ πόλει τῆς Αἰγύπτου* (Interpres Lat., ut solet, perverse: in Ostracine civitate Aegypti *Caesareae*) sepultum esse refert, tamen trium Ostracines episcoporum nomina nobis supersunt: *Theoctisti* (ao. 359), *Serapionis* (c. 360—405), *Abrahami* (ao. 431), v. Le Quien Oriens Christ. II. p. 546. Quare non caret veritatis specie sententia eorum, qui עיר החרם Jes. 19, 18. de Ostracine (חרש = *ὄστρακον*) intelligendum censebant, ut refert Hieron. ad h. l.: „Alii *Ares*,

§ 12.
Traditio de Habacuco discophoro.[52])

Sequitur nunc alia eaque divulgatissima traditio, quae ceteras omnes, quotquot de Habacuco feruntur, antiquitate, fama atque auctoritate superat, quae antiquissimis apocryphis a vetere ecclesia deuterocanonicorum loco habitis publiceque praelegi solitis commendata, a Patribus ad aedificationem ecclesiae adhibita ac vel cantionibus celebrata est, cujus fides historica fere nunquam, ne nostrâ quidem aetate, adeo in dubitationem vocata est, ut non ad tempus, quo Habacuc propheta vixerit ac vaticinatus fuerit, inde conclusio fieri vel certe conjectura capi possit, traditionem dico de Habacuco ad Danielem, qui propter Belum confractum et Draconem interfectum in lacum leonum conjectus erat, cum epulis Babylonem abrepto. Hujus traditionis origines, fontes ac varietates deinceps considerabimus, omnibus, quaecunque ad eam illustrandam conferre possint et ad ejus historiam aliquid momenti habent, diligenter conquisitis. Primum vero exponemus ejus traditionis speciem atque ortum, qualis in apocryphis, quae versionibus Graecis a LXX et Theodotione factis intexta sunt, nobis repraesentatur; deinde, ad ejus quasi incunabula propius accedentes, fragmentum archetypi horum apocryphorum aramaici nobis conservatum esse ostendemus,

id est ὄστρακον, hoc est testam, urbem Ostracinen intelligi volunt et ceteras juxta Rhinocoruram et Casium civitates, quas usque hodie in Aegypto lingua Chananitide, hoc est, Syra loqui manifestum est, et putant, e vicino Syros atque Arabes a Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos."

52) Hoc nomen mutuatum me esse fateor a *Sixto Senensi*, qui in Bibl. S. T. I. p. 22. ait: Ecclesia Catholica ab Apostolorum temporibus usque adhuc Hymnum trium puerorum quotidie inter divinas laudes decantans et Orationem Azariae una cum Historia Susannae et Belis atque *Abacuc Discophori* ...... huic appendici canonicam auctoritatem promeruit.

et rationem, quae inter hoc et syriacas versiones intercedit, illustrabimus; tum quae Patres de hac traditione apocryphorumque danieliticorum auctoritate referant ac sentiant, secundum ordinem sententiarum ac temporum digesta concinnabimus; denique, etiamsi fragmentum istud aramaicum suppositum esset, id quod pernegamus, ejus traditionis sat luculenta vestigia etiam judaicarum literarum monumentis contineri demonstrabimus.

§ 13.
Habacuc discophorus apud LXX.

Traditionis de Habacuco Danielis obsonatore testis antiquissima est versio Danielis, quae dicitur, septuagintaviralis, quam cave confundas cum versione Theodotionis, quae in Alexandrinae versionis editionibus ex inveterata ecclesiae consuetudine in hujus locum substituta ac supposita esse solet. Septuagintaviralis Danielis versio, quam *Origenes* in sua *Tetrapla*, sicut in Hexapla Theodotionem, recepit, primum edita est a *Simone de Magistris*, Patre Oratorii Romani eruditissimo, ex Codicis Chisiani apographo per Franciscum Blanchini facto eoque, ut Bugatus conqueritur, vitioso, proinde neque integra nec sincera. [53]) In illo Cod. Chisiano singularum partium Danielis Graeci hic est ordo: 1) Prophetiarum Danielis capp. XII, subjecta clausula: *Δανιὴλ κατὰ τοὺς Ό ἐγράφη κ. τ. λ.* 2) Susanna, cap. XIII.; 3) Bel et Draco, cap. XIV., praefixa inscriptione: *ἐκ τῆς προφητείας Ἀμβακοὺμ κ. τ. λ.*, de qua supra diximus, et rursus subjecta clausula: *Δανιὴλ κατὰ τοὺς Ό.* Verum in antiquissimis versionis Dan. septuagintaviralis exemplaribus historia de Susanna visionibus Danieliticis praemittitur, cetera eodem

53) Daniel sec. Septuaginta, Romae 1772. fol.

ordine sequuntur.[54] Tempus et locus, quo haec versio Danielis confecta sit, non constat, neque adhuc quisquam in haec accurate inquisivit; at hoc certum est, eam ante librum I. Maccabaeorum sive compositum sive conversum exstitisse, utpote in quo nonnulla ejus adhibitae vestigia reperiantur.[55] Neque ego dubito, additamenta illa apocrypha, quae ipsi textui Danielis partim interjecta partim adjecta sunt, ab ipsis LXX (ut καταχρηστικῶς loquamur) profecta esse, eosque non recensionem aliquam a textu canonico diversam in manibus tenuisse (quam sententiam a *Bertholdo* excogitatam *Hävernick*, *De Wette* et *Lengerke* jure deseruerunt, sed ipsum canonicum librum, quem illis apocryphis aut Graece inventis aut, quod verisimilius est, ex aramaico hebraicove, ut Origeni videtur, conversis duxerunt supplendumque arbitrati sunt. Haec apocrypha (quemadmodum etiam additamenta Estherae jam Josepho[56]) cognita ac comprobata) parem eum versione antiquitatem habere, inde probabile fit, quod non solum Theodotion, ut infra videbimus, versionem eorum septuagintaviralem ante oculos habuit et Origenes tres illas *Aggadot*, quarum contra

54) Unus Cod. qui ex coenobiis montis Athos advectus est, descriptas continet Ὁράσεις ἕνδεκα τοῦ Προφήτου Δανιήλ; deinde sequitur περὶ τοῦ Ἀββακούμ. His omnibus praemittitur περὶ τῆς Σωσάννης (l. l. p. XVII.).

55) Hengstenberg, Authentie des Dan. p. 290—296., cui non concedo, libr. I. Macc. chaldaicum et hebraicum de Graeco versum esse.

56) Eum Danielitica quoque apocrypha nosse verisimile est, at evinci nequit ex Antiq. X, 11, 7. τὰ γὰρ βιβλία, ὅσα δὴ συγγραψάμενος καταλέλοιπεν, ἀναγινώσκεται παρ' ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ πεπιστεύκαμεν ἐξ αὐτῶν, ὅτι Δανίηλος ὡμίλει τῷ Θεῷ. Nam haec βιβλία certe sunt singulae partes libri canonici, βιβλίου Δανιήλου — ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασι (Ant. X, 10, 4.), non pseudepigrapha (Pseudathanas. Synopsis Opp. II. p. 184, ubi, sicut in Stichometria Nicephori post ll. V. T. ἀντιλεγομένους inter apocrypha memorantur Βαρούχ, Ἀμβακούμ, Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα).

Africanum patrocinium suscepit, pariter apud LXX atque apud Theodotionem invenit[57]), verum etiam inde, quod *Nicolaus Damascenus*, Herodis M. familiaris, ex apocrypho Susannae argumentum dramatis *Σωσαννίς* inscripti desumsisse videtur[58]) eademque de Susanna historia in sarcophagis veterum Christianorum cum sacris historiis insculpta conspicitur.[59]) His praemissis, ipsam de Habacuco Danielis obsonatore historiam, prout in textu versionis septuagintaviralis (quem paucorum in manibus esse puto) exstat, ex Cod. Chisiano subjiciemus et eos quidem versus, in quibus ulterior nostra versabitur disquisitio. Narrata draconis per Danielem occisione, sic pergitur: *Καὶ συνήχθησαν οἱ ἀπὸ τῆς χώρας πάντες ἐπὶ τὸν Δανιὴλ, καὶ εἶπαν· Ἰουδαῖος γέγονεν ὁ βασιλεύς· τὸν Βὴλ κατέστρεψε καὶ τὸν δράκοντα ἀπέκτεινε.* | *Καὶ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἐπισυνήχθη ὁ ὄχλος τῆς χώρας ἐπ' αὐτὸν, ἐκάλεσε τοὺς συμβιωτὰς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· δίδωμι τὸν Δανιὴλ εἰς ἀπώλειαν.* | *Ἦν δὲ λάκκος ἐν ᾧ ἐτρέφοντο λέοντες ἑπτὰ, οἷς παρεδίδοντο οἱ ἐπίβουλοι τοῦ βασιλέως*

57) Orig. in Ep. ad Africanum: *παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο τὸ περὶ τὴν Σωσάνναν, ὡς σὺ φὴς, πλάσμα καὶ αἱ τελευταῖαι ἐν τῷ Δανιὴλ περικοπαί.*

58) Teste *Eustathio* ad Dionys. Perieg. v. 980: *καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ δρᾶμα τῆς Σωσανίδος, οἶμαι ὁ Δαμασκηνός.* Nicolaum Dam. (quem Sadducaeorum sectae addictum fuisse ingeniose exposuit *Grossmannus*, De Philosophia Sadduc. Part. III.) dramata scripsisse, ex ejus autobiographia perspicitur: *αὐτός τε τραγωδίας ἐποίει καὶ κωμῳδίας εὐδοκίμους* (Nicol. Dam. Excerpta et Fragmenta ed. Orelli p. 4.). Eum vero hac in dramate historiam apocrypham tractasse inde verisimile fit, quod plane eodem modo *Ezechiel* Tragicus l. Exodi (sec. LXX) dramatice tractavit et *Theodotus* ac *Philo* ex l. Genesis suorum poematum materiam desumserunt. XLIV versus Nicolai de parasitis Stobaeus nobis conservavit.

59) Ex commemoratione Susannae in ep. majori interpolata *Ignatii* ad Magnesianos (Coteler. Patr. apost. II. p. 56) et in epp. syr. *Clementis Romani* ad antiquitatem apocryphi, ut facile apparet, concludi nequit.

καὶ ἐχορηγεῖτο αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῶν ἐπιθανατίων σώματα δύο. | Καὶ ἐνεβάλοσαν τὸν Δανιὴλ οἱ ὄχλοι εἰς ἐκεῖνον τὸν λάκκον, ἵνα καταβρωθῇ καὶ μηδὲ ταφῆς τύχῃ. Καὶ ἦν ἐν τῷ λάκκῳ Δανιὴλ ἡμέρας ἕξ. | Καὶ ἐγένετο τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ καὶ ἦν[61] Ἀμβακοὺμ ἔχων ἄρτους ἐντεθρυμμένους ἐν σκάφῃ ἐν ἑψήματι καὶ στάμνον οἴνου κεκερασμένου, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὸ πεδίον πρὸς τοὺς θεριστάς. | Καὶ ἐλάλησεν Ἄγγελος Κυρίου πρὸς Ἀμβακοὺμ, λέγων· Τάδε λέγει σοι Κύριος ὁ Θεὸς, τὸ ἄριστον ὃ ἔχεις ἀπένεγκε Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων ἐν Βαβυλῶνι. | Καὶ εἶπεν Ἀμβακούμ· Κύριε ὁ Θεὸς, οὐχ ἑώρακα τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὸν λάκκον οὐ γινώσκω ποῦ ἐστι. | Καὶ ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ ὁ Ἄγγελος Κυρίου τοῦ Ἀββακοὺμ τῆς κόμης αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς[62], ἔθηκεν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ λάκκου τοῦ ἐν Βαβυλῶνι. | Καὶ εἶπεν Ἀμβακοὺμ πρὸς Δανιήλ· ἀναστὰς φάγε τὸ ἄριστον, ὃ ἀπέστειλέ σοι Κύριος ὁ Θεός. | Καὶ εἶπεν Δανιήλ· ἐμνήσθη γάρ[63] μου Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ μὴ ἐγκαταλιπὼν τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. | Καὶ ἔφαγε Δανιήλ· ὁ δὲ Ἄγγελος Κυρίου κατέστησε τὸν Ἀμβακοὺμ ὅθεν αὐτὸν ἔλαβε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· ὁ δὲ Κύριος ὁ Θεὸς ἐμνήσθη τοῦ Δανιήλ. | Ἐξῆλθε δὲ ὁ βασιλεὺς μετὰ ταῦτα πενθῶν τὸν Δανιὴλ καὶ ἐγκύψας εἰς τὸν λάκκον ὁρᾷ αὐτὸν καθημένον. | Καὶ ἀναβοήσας εἶπεν ὁ βασιλεύς· μέγας ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς καὶ οὐκ ἔστιν πλὴν αὐτοῦ ἄλλος. | Καὶ ἐξήγαγεν ὁ βασιλεὺς τὸν Δανιὴλ ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ἐνέβαλεν εἰς τὸν λάκκον ἐνώπιον τοῦ Δανιὴλ καὶ κατεβρώθησαν. **Haec omnia ad verbum de Hebraico vel Aramaico translata esse dictionis simplicitas, structura ac tota indoles clamat atque testatur.**

61) Hebr. ויהי ביום הששי ויהי.

62) Cf. Ez. 8, 3. Hebr. ויאחזהו מלאך ה' את־חבקוק בציצית ראשו.

63) Hebr. כי זכרני ה' אלהים.

§ 14.

Habacuc discophorus apud Theodotionem.

Additamenta libri Danielis apocrypha, quemadmodum in Alexandrina, sic etiam in Theodotionis versione continentur, eo ordine, ut modo tres illae historiae de Susanna, Belo et Dracone duodecim Danieliticarum visionum capitibus subjiciantur (Cod. Chis. Ed. Comp.), modo, subjectis tantummodo duabus posterioribus, Susanna ceteris omnibus praemittatur (Cod. Vat. Ed. Rom.). Constat vero, ecclesiam jam Hieronymi temporibus Danielem publice legere consuevisse non secundum LXX, sed sec. Theodotionem, quod cur acciderit, Hieronymus se nescire fatetur, at suspicatur, Theodotionis versionem propterea ecclesiae praeferendam visam esse, quod cum hebraica veritate magis conveniret.[64] At plane incredibile est, ecclesiam versionem septuagintaviralem, quae in N. T. crebris locis adhibetur et qua hactenus usa erat, ut ex Ignatii (l. l.) et Justini Martyris[65]) testimoniis inde petitis apparet, ut hebraico textui minus congruam repudiasse eique versionem Judaei, qui „utique post adventum Christi incredulus fuit“, qui modo Ebionita, modo Marcionita nominatur et jam ab Irenaeo inter audacter μεϑερμηνεύοντας[66]) refertur, certo consilio praetulisse. Quapropter ego (donec proferantur argumenta contrarii) versionem Danielis Theodotionianam ab ecclesia non prius adoptatam esse censeo, quam ab Origine tanquam casti-

64) „Hoc unum affirmare possum, quod multum a veritate discrepet (Daniel juxta LXX Interpretes) et recto judicio liber repudiatus sit.“ Hieron. Praef. in Dan. Comm. in Dan. 4, 5. V. Carpzov. Critica Sacra p. 565 s. et Montfaucon. Praeliminaria ad Hexapla.

65) Hävernick, Daniel p. XLV ss. cf. Einleitung I, 2. p. 47 ss. (quibus sententiam meam de Theodotionis in ecclesia usu confirmari impense laetatus sum).

66) Adv. Haereses III, 24.

gata Alexandrinae editio in Hexapla recepta et ab Eusebio et Pamphilo, cum ex his textum septuagintaviralem ederent, septuagintavirali substituta est. Quo factum, ut ecclesia (primum Palaestinensis, deinceps ceterae Graeca lingua utentes [67]) loco versionis hactenus usurpatae aliam paulum discrepantem, at summorum virorum auctoritate commendatam et brevi latius divulgatam reciperet, non ut versionem Judaei, sed ut septuagintaviralem denuo castigatam, certe non propterea quod clamores Judaeorum apocryphis istis offensorum devitare moliretur. [68]) Nam hoc quoque merum commentum est, non ipsum Theodotionem, sed nescio quem recentiorem versioni ejus appendiculas illas apocryphas addidisse et ecclesiam ea ipsa de causa, quod non plus hebraico textu contineret, ei favisse. [69]) Undenam constat, Theodotionem textum Danielis, remotis omnibus, quae non canonica essent, transtulisse? Ajunt conjectores, hoc ab eo faciendum fuisse, ne versionem suam Judaeis suspectam redderet. At considerandum est: 1) Theodotionem versionem τῶν Ο', ad quam totus adnititur [70]), sicut in ceteris, etiam in his apocryphis recens vertendis superare studuisse et, servata hebraica veritate, haec apocrypha signis distincta [71]) addere potuisse; 2) etiam Aquilam et Symmachum historiam de Susanna interpretatos esse videri; 3) Origenem, qui

67) „Mediae inter has provinciae Palaestinos codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt." Hieron. Praef. I. ad Paralip.

68) Sic Lengerke, ecclesiam, quae nunquam Alexandrinâ usa sit, ea in re morem judaicum secutam esse dicens (Daniel p. CVIII s.)

69) Sic Berthold, Daniel p. 153.

70) *Διὰ τὰ πλεῖστα τοῖς οβ' συνᾳδόντως ἐξέδωκε· τριβὰς γὰρ εἶχεν οὗτος τὰς πλείστας ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν οβ'*, ait Epiph. Theodotionem et LXX *ἰσοδυναμοῦντα ἀλλήλοις* esse, inculcant Orig. et Hier.

71) V. Bengel, Gnomon ad Matth. 24, 15. Quid quod additamenta Estherae etiam nunc in nonnullis Codd. Megillae aramaicâ linguâ adjecta inveniuntur (Zunz l, l. p. 121).

non multo post Theodotionem vixit et propemodum ejus aequalis est, itentidem testari, se ea apocrypha non sola in Alexandrina, sed etiam in versione Theodotionis reperisse; 4) hanc ipsam partem versionis Theodotione dignissimam esse; neque enim illa apocrypha ex textu *τῶν Ο'* tantummodo descripta aut, ne plagium appareret, interpolata sunt, sed plane novam versionem, assumta septuagintavirali, ex hebraico aramaicove exemplari factam repraesentant. Nam sine dubio exemplaris, unde LXX transtulerant, sicut fit in ejusmodi mythistoriis [72], variae exstabant recensiones, et cum Theodotioni aliqua, quae a LXX discrepabat ipsique perfectior ac fide dignior videbatur, in manus venisset, hanc transtulit, ut *τοὺς Ο'* in his quoque superaret ac de loco depelleret. His praemissis, audiamus, quomodo Theodotion fabulam de Habacuco discophoro narret (omissis reliquis apocryphi de Dracone versibus, quamquam in iis etiam major verborum rerumque discrepantia deprehenditur): *Καὶ ἦν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ αὐτὸς ἥψησεν ἕψημα, καὶ ἐνέθρυψεν ἄρτους εἰς σκάφην, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὸ πεδίον ἀπενέγκαι τοῖς θερισταῖς. | Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος κυρίου τῷ Ἀμβακούμ· ἀπένεγκε τὸ ἄριστον ὃ ἔχεις εἰς Βαβυλῶνα τῷ Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων. | Καὶ εἶπεν Ἀμβακούμ· κύριε, Βαβυλῶνα οὐχ ἑώρακα καὶ τὸν λάκκον οὐ γινώσκω. | Καὶ ἐπελάβετο ὁ ἄγγελος κυρίου τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ βαστάσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἔθηκεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα ἐπάνω τοῦ λάκκου, ἐν τῷ ῥοίζῳ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. | Καὶ ἐβόησεν Ἀμβακοὺμ, λέγων· Δανιὴλ, Δανιὴλ, λάβε τὸ ἄριστον ὃ ἀπέστειλέ σοι ὁ θεός. | Καὶ εἶπε Δανιήλ· ἐμνήσθης γάρ μου ὁ θεός, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἀγαπῶντάς σε. | Καὶ ἀναστὰς Δανιὴλ ἔφαγεν· ὁ*

72) Exemplum est מגלתא דאנטיוכוס, quae aramaice et hebraice atque insuper variis recensionibus elaborata exstat, v. Zunz l. l. p. 134. et Catal. meum Codd. Bibl. Senat. Lips. ad Cod. I.

δὲ ἄγγελος τοῦ θεοῦ ἀπεκατέστησε τὸν Ἀμβακοὺμ παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Si quis haec cum textu septuagintavirali, qui majorem antiquitatem prae se fert, diligenter contulerit, non poterit, quin confiteatur, discrepantiam Theodotionis neque in sola dictionis varietate consistere neque mutandi sine causa libidini aut librariorum interpolationi adscribi posse, sed ab exemplaris, quo utebatur, diversitate derivandam esse.[73])

§ 15.

Fragmentum apocryphi de Habacuco discophoro aramaici palaestinensis.

Hic existit quaestio, quomodo fieri potuerit, ut apocryphi de Dracone, de quo potissimum hoc loco agitur, aramaicum hebraicumve exemplar prorsus intercideret. Hoc etiamsi factum esset, miros nos tenere non posset; nam aliorum quoque apocryphorum textus aramaici et hebraici, quos quondam Judaeorum in manibus fuisse certo constat, vel exceptis nonnullis in Hagada vestigiis vel plane non ad nos pervenerunt.[74]) At fortasse non ita factum est; nam in Raymundi Martini Pugione Fidei, librorum

73) Id quod negat *Eichhorn* (Einleitung in die apokryph. Schriften des A. T. p. 415), ne hoc quidem concedens, ullum unquam historiae de Belo et Dracone hebraicum chaldaicumve exemplar exstitisse.

74) Conservata nobis sunt: 1) מגלת אנטיוכוס; 2) Additamenta *Estherae* chaldaica (Zunz p. 121); 3) aliquot versus *Siracidis* hebraici et aramaici (Zunz p. 100 ss. Zur Geschichte der jüd. Poesie p. 204 s. Plessner Apocrypha p. 17 ss.). *Susannae* (מגלת שושן) et *Sapientiae Salomonis* (חכמתא רבתא דשלמה) particulae quaedam citantur a Nachmanide. At prorsus interciderunt: 1) l. *Judith*, de quo Hier.: *Chaldaeo* sermone conscriptus inter historias computatur; 2) l. *Tobia*, de quo Hier.: Exigitis, ut librum *Chaldaeo* sermone conscriptum ad Latinum stylum traham. Tobia, qui exstat, hebraicus (Constant. 1516. 1519. Venet. 1544) recentius ortus videtur; 3) מגלת בית חשמונאי (Zunz p. 124). Hier.: Maccabaeorum primum librum hebraicum reperi.

adversus Judaeos emissorum pretiosissimo, in quo non pauca ex Codd. rarissimis librisque vel plane deperditis vel adhuc ineditis congesta reperiuntur, apocryphi de Dracone locus sat longus ex Midraso, qui בראשית רבה inscribitur, desumtus profertur. Habacuc Prophetam, inquit Raymundus[75]), fuisse contemporaneum Danieli inde colligitur, ubi in Bereschit Rabba hoc modo scribitur de Joseph: וישליכו אותו הבורה הה״ד (הדא הוא דכתיב) בדניאל
ואיתכנשו כבלאי על מלכא ואתהפכו עליו ואמרין חד לחד יהודאה
הוא ליה מלכא לביל תבר ולתנינא קטל ולכמריא קטל קטלינון
ואיתון[76]) גב מלכא ואמרין ליה או יאשלם לן דניאל ואי לא
קטלינן לך ולביתך וחזא מלכא דקמו עלוי כולהון אכחדא
ואתאלץ ליה ואלצאית אשלמיה להון לדניאל והינון דברוניו[77])
לדניאל ואזל באמוניו[78]) בגובא דאריותא שבעה ויהבין להון
תרין פגרין ביומא ותרין דכרין ובהנין יומיא לא יהבי להון מדם
דנאכלין אך דני[79]) דניכפנון ונאכלוניו לדניאל ואיתא חבקוק
נביא ביהודה ובשיל בישאלא ופת פתי בערבא וארמי ביה
ואזל דיובל לחלקא[80]) להצאדי וא״ל מלאכא דיהוה זיל אוביל
מיוכלתא הדא די עלך לדניאל דרמי בגובא דאריותא בבבל ואמ׳
חבקוק מר לא חזיא לבבל ולגובא לא ידענא ליה ואשרי מלאכא
אידיה על רישיה דחבקוק ושקליה בסערא דרישיה וסאמיה
בבבל לעיל מן גובא בעזא דרוחא דקודשא וקרא חבקוק ואמ׳

75) Pugio Fidei III, 8, 23. p. 742. ed. Voisin (p. 9565. ed. Jo. Ben. Carpzov).

76) Syr. Polygl. ואתו לות מלכא.

77) Syr. הנון דין דברוהי.

78) Error typogr. Syr. ואזלו ארמיוהי, convenienter latinae versioni Raymundi. Post בגובא דאריותא adjecit Syr.: והוא תמן שתא יומין דנכפנון אריותא ונאכלונה אות הוא דין בה בגובא הו אריותא unde lacuna textus judaici supplenda est.

79) אך דני desunt apud Syr.

80) Leg. לחקלא. Sic Syr.

דניאל דניאל קום שקול שארותא הוא דשדר לך אלהא ואמ׳
דניאל אתדכרן אלהא ולא שבוק רחמיו מיני וידענא דלא שאבקת
לאילין דרחמין לך וקם דניאל ושקל ואכל ושקליה מלאכא
לחבקוק ביה בשעתא ואקיימיה באתרא דשקליה היך דהוא מן
קדם ואתא מלכא ליומא דשבעא למיבכי על דניאל מטול
דבריאות עליה [81]) ואתא לוות גובא ואדיק בגובא וחזיה לדניאל
כדיתיב ויתב קלא רמא ואמ׳ רב הוא אלהיה דדניאל ואסקיה
מן גובא ולבעלי דבביו דדניאל הדין דאכלו קרציו ובעין למקטליה
אשדי אינון בגובא ובה בשעתא אכלו אינון אריותא קדמיו
: דמלכא וקדם דניאל Hic locus per semet ipsum spectatus nullam suspicionem movet; namque midrasico more introductus est, et, sicut Targum Proverbiorum (aliquatenus etiam Iobi et Psalmorum), dialecto syriaca scriptus, qua cum pertenui discrimine utebantur Palaestinenses; *Genesin* vero *Rabbam* in Palaestina scriptam esse et dictione cum Gemara Hierosolymitana convenire, quam vocabulorum graecorum frequentatione etiam superat, res est exploratissima.[82]) At eo hujus loci authentia perquam suspecta fit, quod neque in *Genesi Rabba* ad Gen. 37, 24. (f. 94, c.), neque in *Jalkuth* ad h. l. § 142 (f. 43, b.) ullum ejus vestigium reperitur. Huc accedit, quod syriacus apocryphi de Dracone textus, quem Brianus Waltonus in Polyglottis exhibet, paene verbatim cum textu Pugionis Fidei congruit, ita ut hos duos vinculo arctissimo inter sese conjunctos esse negari nequeat. Quare *Salomo Munk*[83]), qui in Cod. quoque Parisino hunc locum fru-

81) Leg. מטל דכרית הות לה sec. Syrum.

82) Quare neque *Zunzius* (l. l. p. 123), qui hoc fragmentum ad tempus Paraphrasis Hagiographorum refert et idiomate paene syriaco scriptum ait, neque *Plessnerus* (Apocryph. מבוא p. 41. 42. not.), qui idioma pure syriacum agnovit totumque locum cum Syr. Polyglott. Londin. verbatim congruere intellexit, de ejus authentia dubitaverunt.

83) Notice sur Rabbi Saadia Gaon et sa Version Arabe etc. (Paris 1838. 8.) p. 85 s.

stra quaesivit, Raymundum accusat, quod legentibus (nescio utrum Christianis an Judaeis) imposuerit et, quae nunquam in Genesi Rabba exstitissent, se ibi invenisse fraudulente simulaverit. At huic criminationi oppono: 1) nullam causam cogitari posse, quae Raymundum impulerit, ut ad Habacuci aetatem probandam locum, qui ad christologiam plane nullius momenti est, Genesi Rabbae supponeret idque tam callide tamque falliciter; 2) repugnare mores Raymundi, qui multo simplicius et candidius egit *Petro Galatino*, auctore libri de arcanis catholicae veritatis, qui magnam partem Pugionis tanquam sui ingenii foetum turpissimo plagio in librum suum transtulit; 3) non credibile esse, apocrypha syriaca, quae etiam inter nos sero in lucem prodierunt[84]), Raymundo Martini, Dominicano Barcinonensi (fl c. 1250), praesto fuisse, atque insuper non constare, eum praeter hebraicam arabicamque linguam syriacam quoque calluisse; 4) denique inesse illi fragmento, quantumvis syriaci textus simillimo, tamen non pauca judaicae originis vestigia.[85]) Quae cum ita sint, non dubito fore, ut fragmentum a Raymundo nobiscum communicatum aliquando in antiquis Genesis Rabbae Codd., qui sane rarissimi sunt, inveniatur. Verum argumenta, quae protulimus, usque ad hoc tempus certo sufficiunt ad Raymundum a crimine fraudis liberandum. Ergo superest nobis pars apocryphi de Dracone chaldaici, quod quidem, uti cum textu syriaco Polyglottorum, sic etiam cum graeco Theodotionis adeo congruit, ut hujus ipsius recens versio inde fluxisse videatur. Simul hoc fragmentum lu-

84) Berthold, Daniel p. 150. Einleitung p. 1581. 1589.

85) Velut עליו pro עלוי etc., יהודאה pro יודיא, גב pro לות, יומיא pro יומתא, יהודה pro יהוד, מלאכא דיהוה pro מלאכא דמריא, אשרי et אשדי pro ארמי, מן קדם pro מן קדים, בעלי דבבוי pro בעלדבבוי. Praeterea particulae syriaco-graecae דין (δὲ) et גיר (γὰρ), quod in Targ. Misle crebro reperitur, in textu Pugionis non exstant.

culente probat, historiam de Habacuco discophoro traditioni synagogali eique **palaestinensi** cum ecclesiastica esse **communem**, quod infra pluribus argumentis confirmabimus.

§ 16.
Habucuc discophorus in versionibus syriacis.

At hic oritur quaestio difficillima, unde proveniat tanta illa fragmenti de Habacuco discophoro cum textu syriaco similitudo, quae fortuita esse nullo modo potest. Ad hanc quoque quaestionem respondebimus. Primum vero notandum est, recensionum additamentorum Danielis syriacarum duas hactenus editas esse, quae bene discernendae sunt: 1) ea, quae continetur in versione Danielis *figurata* sive *syrohexaplari* (quae quidem in Daniele potius **tetraplaris** nominanda est, cum hunc librum secundum LXX ex Tetraplis desumtum reddat), edita ex Cod. Syro-Estranghelo Bibl. Ambrosianae a *Cajet. Bugato* (Mediolani 1788. 4.). Haec septuagintaviralem horum apocryphorum versionem imitando exprimit.[86]) Interpretis, qui Figuratae apocrypha addidit, nomen nescimus, Figuratam vero inter aos. 616 et 617 a *Paulo Telae* ep. et *Thoma Heracliensi* Alexandriae collata opera inchoatam atque absolutam esse certo novimus. 2) ea, quae ad versionem *simplicem* sive *antiquam*, temporibus Ephraemi et Polychronii apocrypha nondum continentem, posterius accessit et a *Briano Waltono*[87]) in Polyglotta recepta est.[88]) **Haec** (non prior illa) cum

86) Locus de Habacuco incipit: ואיתוהי הוא בה בגובא דניאיל יומתא שתא והוא ביומא שתיתיא ואית הוא חבקוק ראית הוא לה לחמא דפתיתין בערבא בבושלא וקסתא דחמרא דמזיג:

87) V. ejus Prolegg. in Biblia Polyglotta p. 610.

88) *Susannae* duplicem recensionem Waltonus exhibuit, quarum una inscribitur ܡܫܡܫܬܐ ܣܘܪܟܡܬܐ (editio Heracleensis), unde non-

Theodotione et fragmento Pugionis mirifice consentit. Hujus igitur consensus hanc causam esse censeo, quod qui illis apocryphis versionem simplicem ex hebraico textu factam auxit, textus judaico-aramaicos eorum sibi comparavit et, ne haec versionis pars ceteris auctoritate inferior esset, hos ipsos, desertâ septuagintavirali, vertit, h. e., cum dictione ad linguam syriacam jam proxime accederent, paucis mutatis, transscripsit. Syros vero scriptis judaico-aramaicis usos esse aliunde constat. Auctor versionis simplicis in libris canonicis vertendis Targumim adhibuisse censetur eumque traditioni judaicae passim inniti inter omnes concessum est. Jacobus Edessenus, ad „accuratas hebraicas historias" provocans, Targumim intelligere videtur; Ephraemum autem paraphrasium aramaicarum cognitionem quandam habuisse *Lengerke*[89]) demonstravit. Huc accedit, quod Syriam et praecipue Mesopotamiam jam Josephi tempore Judaeis refertam fuisse compertum habemus. Quidni igitur doctus quispiam Syrus additamenta Danielis apocrypha a Judaeo accipere et transscribere poterat? Hoc ita factum esse, stante fragmenti illius a Raymundo prolati authentia, omni luce clarius est; nam Syrum textum graecum Theodotionis vertisse et Judaeos partem ejus versionis in Bereschit Rabbam transtulisse a consuetudine Judaeorum ejus temporis, quo Bereschit Rabba composita est, prorsus abhorret.[90]) Quando vero factum sit, definiri nequit, for-

nulli suspicati sunt, apocrypha Figuratae a Thoma Heracleensi elaborata esse, at falso, cum haec recensio Heracleensis a Susanna syrohexaplari diversa sit. Praeterea exstat recensio apocryphorum Danieli syriaca in versione *Jacobi Edesseni* „juxta Graecam et Syriacam" facta, Theodotioni se applicans, at nondum edita.

89) De Ephraemi S. arte hermeneutica p. 14 ss.

90) Nil simile, quod comparari queat, legere memini, nisi forte locum N. T. Matth. 5, 17. in Gemara citatum, at concertatorie (v. l. meum: *Schilderungen und Kritiken* p. 284.).

sitan jam sec. tertio aut quarto, siquidem jam Ephraemus apocrypha, tametsi in Peschitho nondum recepta, bene novit. Multo prius conversa esse videntur, quam in ecclesiae usum transirent; id quod certe aetate Ebed-Jesûs dudum evenit [91]. Ergo fabula de Habacuco discophoro ex **septuagintavirali** versione in **syrohexaplarem**, ex judaico-aramaico s. **chaldaico** textu in syriacam **simplicem** migravit.

§ 17.

Traditio de Dracone in Midrasis.

Sequitur, ut, sicut polliciti sumus, pluribus testimoniis evincamus, traditionem de Dracone et Habacuco discophoro non solum ecclesiasticam, sed etiam synagogalem esse. Primum igitur, quae, excepto illo fragmento, in Midrasis reperiantur, in medium proferemus. Huc vero non pertinent ea, quae in Midrasis afferuntur ad explicandam historiam de Daniele, postquam a primoribus violatae legis apud Darium accusatus erat, a rege invito ad leones damnato ac divinitus servato; nam haec historia in sexto Danielis θεοπνεύστως relata ab ista apocrypha, quae Danielem, templo Beli everso ac dracone interemto, iterum in lacum leonum conjectum esse narrat, probe discernenda est, quamquam videbimus, a Judaeis has duas historias modo discerni modo confundi. Ad priorem historiam quod attinet, lepide adnotatur, Danielem **leonem** (utpote e tribu Juda) a **leone** (h. e. Deo Hos. 11, 10) e **leonum** faucibus ereptum esse [92], et inepte a doctore

91) Qui cantiones trium virorum et Azariae in vulgari textu Simplicis exstare testatur (Assemani Bibl. Or. III, 1. p. 6.).

92) מפני מה הוצל דניאל מן האריות לפי שהתפלל לפני הב״ה שנקרא אריה דכתיב ה׳ כאריה ישאג ודניאל משבט יהודה שנקרא אריה גור אריה יהודה וכתיב ויהי בהם מבני יהודה דניאל וגו׳ יבא אריה ויציל אריה מפי אריה Numeri Rabba c. 13. f. 251, d.

sed, ut videtur, ex apocryphis Vulgatae Latinae, quae textum Theodotionis sequitur, desumtam. Audiamus ipsum narrantem: ויהי ביום ההוא עת הורד דניאל אל בור האריות והנה חבקוק הנביא בארץ יהודה בא מקצירו לפנות הערב ועת בא השמש ויכרה כֵרָה לקוצרים והוא נשא את ארוחתם בידו להגיש לפניהם לאכול והנה דבר ה׳ אליו לאמר לך והולכת את הארוחה הזאת אל דניאל עבדי בארץ כשדים אל בור האריות אשר הורד שמה ויאמר אהה אלהי מי יוליכני שמה בעת הזאת ורחוק ממני הדרך והנה מלאך נשאו בציצית ראשו והארוחה בידו ויניחהו אל תוך הבור אל דניאל ויאכל וישת עמו ויוציאהו המלאך וישיבהו אל מקומו אשר נשאו משם בטרם כלו הקוצרים לאכול (I. cap. VII.). Reputandum est in hac Jusipponis relatione: 1) eum Danielem in lacum leonum conjectum et a Habacuco nutritum ponere **ante** Belum eversum et Draconem interemtum, quas fabulas item narrat, hoc in ordine chronologico (**contra** Vulgatam) **judaicae traditioni** de Habacuci aetate se accommodantem[98]; 2) eum etiam in nonnullis aliis a Vulgata discedere et narrationem additamentis quibusdam nescio utrum poëtice effictis an alicunde desumtis quasi luminibus ornare.

§ 19.

Habacuc discophorus apud Pseudo-Saadiam.

Traditionem de Habacuco discophoro suo commentario in Danielem intexuit *Saadia* ille, quem sec. XII. vixisse evicit Rapaportus in Saadiae Gaònis Vita[99]), sed ita, ut historias de Danielis priore et posteriore ad leo-

98) Nam et ipse Danielem **bis** in lacum leonum conjectum credit et c. XI. Danielem sic dicentem introducit: ויכניעוני פריצי עמך באיבתם כי בבור האריות הורידוני זה פעמַיִם.

99) *Zunz*, p. 151, *e*.

nes damnatione confunderet. Is verba Danielis אלהי שלח מלאכיה (6, 23) hac paraphrasi explicat: אריה דבי עלאי הוא אריה של כסא הכבוד (h. e. Deus) היה שואג ואומר השמרו אריות שלא תזיקו לאריה בן גור אריה (h. e. Jehudae) וכו' ואף אחרת גדולה מזו הפליא עמי אשר הביא חבקוק הנביא מארץ יהודה וארוחות פועלי שדהו עמו יחדיו והביאו אלי ואכלנו ושתינו יחד והללנו שם הבורא ואז הלך לדרכו על יד המלאך שהביאו והנני כאשר ארוני (דריוש) רואה : Quae de Leone leonem a leonibus servante affert, ex *Bamidbar Rabbâ*, cetera de Habacuco Danielis obsonatore ex *Jusippone*, ut videtur, mutuatus est.[100])

§ 20.
Habacuc discophorus apud Muhammedanos.

Traditio de Habacuco discophoro, quam judaicam aeque ac christianam esse ostendimus, ad Muslimos usque penetravit, sive a Judaeis sive a Christianis usque eo propagata, at adeo corrupta, ut a Judaeis orientalibus male informatis derivare eam malim, quam a Christianis, inter quos notissima erat ac plane decantata, nisi omnis culpa corruptionis Muslimis ipsis, talia tam leviter quam confidenter tractantibus, attribuenda est. Nam prophetae Habacuci, cujus nulla in Korano nullaque, quoad ego scio, in Haditho mentio, vix nomen Muhammedanis inno-

100) Huic traditionis judaicae expositioni corollarii loco addo, apocryphum de Belo et Dracone cum ceteris apocryphis reperiri etiam in versione V. T. judaico-persica (non in illa Jacobi Tusensis, Constant. 1546), quae partim in Bibl. Reg. Paris., partim in Parmensi De-Rossiana (Cod. Pers. I.) asservatur. Apocryphum de Belo et Dracone, quale hac in versione accuratiori disquisitione dignissima exhibetur, teste *Sal. Munkio* (Notice sur Rabbi Saadia Gaon p. 85) magis cum textu graeco-latino, quam cum hebraico Jusipponis consentit. „*La version Persane, qui abonde d'hébraïsmes, ne peut dériver que d'une version hébraïque, qu'un rabbin d'Europe aura faite sur la Bible grecque ou latine.*“

tuit[1]), quâ ignorantiâ factum videtur, ut in traditione ista de Daniele inter leones nutrito alia persona, vel angeli vel *Jeremiae* prophetae, ei substitueretur. *Angelum* cibum potumque ad Danielem pertulisse refert *Ibn-Ossuni*[2]: فاتاه ملك فقال يا دانيال فقال من انت قال انا رسول ربك اليك ارسلنى اليك بطعوم وشراب, h. e., Tum accessit ad eum angelus, exclamans: O Daniel! Hic: quisnam es? Respondit: Ego legatus domini tui ad te, delegavit me at te cum cibis et potu. Contra pro Habacuco *Jeremiam* Danielis obsonatorem facit *Ibno-Abiddunia*[3], historiâ hoc modo veste arabica indutâ: فمكث ما شاء الله ثم اشتهى الطعوم والشراب واوحى الله الى ارميى عم وهو بالشام ان يذهب الى دانيال بطعام وشراب وهو بارض العراق وذهب بذلك اليه حتى وقف على راس الجب فقال دانيال دانيال فقال من هذا قال ارميا قال ما جاء بك قال ارسلنى اليك ربك بطعام وشراب فقال دانيال الحمد لله, h. e., Ibi permansit, quamdiu Deus voluit. Tum, ut cibi potionisque appetitum sensit, Deus Jeremiae, qui in Syria erat, inspiravit, ut cum cibo potuque pergeret ad Danielem, qui erat in terra Irâki. Is igitur, his instructus, ad eum perrexit donec

1) *Abderrahman Bastami* in libri inediti الفواتح المسكية capite nono, quod inscriptum est فى معرفة اخبار الانبياء solum hoc de Habacuco habet: شمويل وحزقايل وشمسون وحبقوق من انبياء بنى اسرايل h. e. *Samuel, Jecheskêl* et *Habacuc* sunt e numero prophetarum Israelitarum. At pro حبقوق, quod ex conj. reposuimus, in Cod. *a.* scriptum est حيقون, in Cod. *b.* حَيْقوق. Cf. Orient, Literaturbl. 1841. p. 142. Librum historiarum *Ibn-Kethiri* (arab. in Bibl. Reg. Berol. turc. Cod. Sen. Lips. CCLXXIV), qui de *Daniele* quoque agit, comparare mihi non licuit.

2) Bochart. Hierozoicon III, 8. col. 750.

3) ib. col. 749.

ad ostium foveae consisteret. Ibi clamavit: Daniel, Daniel! Et hic: Quisnam est? Tum ille: Jeremia. Porro Daniel: Quid te adduxit? Respondit: Legavit me ad te dominus tuus cum cibo ac potu. Quo audito Daniel: Laus Deo! — Hos locos Bertholdus inepte pro fragmentis versionis arabicae secundum Theodotionem denuo elaboratae habet, cum potius sint fragmenta traditionis mere muhammedanae (حديث) ex judaico-ecclesiastica depravatae.

§ 21.

Habacuc discophorus apud historiographos ecclesiasticos.

Historiographi christiani veteres, apocrypho graeco innixi, in eo consentiunt, Danielem bis in lacum leonum conjectum esse, primum quidem, quod, *Darium* regem adorantibus Babyloniis omnibus, solus ipse Deum adoraret; deinde vero, quod Belum et Draconem sub Cyro rege sustulisset. Sic ***Eusebius*** in l. *περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν Προφητῶν ὀνομασίας*, Cod. Augustanus l. ***de vita et obitu prophetarum***, qui cum Eusebio vel in verbis consentit[4]), ***Eutychius*** in Annalibus نظم الجوهر inscriptis, ***Barhebraeus*** in Chronico Syriaco. Omnes Habacucum ad Danielem **secundum** ad leones damnatum escam pertulisse referunt[5]) et in ejus historiae relatione textum graecum Theodotionis, quem hic illic exornant at-

4) *τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐπειδὴ τῶν Βαβυλωνίων προσευχομένων Δαρείῳ τῷ βασιλεῖ μόνον αὐτὸς Θεῷ προςηύχετο· τὸ δεύτερον διότι τὸν Βὴλ κατέστρεψε καὶ τὸν δράκοντα ἐφόνευσεν ἐπὶ Κύρου τοῦ βασιλέως* (Opp. Epiph. II. p. 244. ed. Petav.; cf. Opp. Athan. II. p. 168.)

5) *Eutychius* (p. 257. ed. Pocock.): فلمّا هلك داريوش ملكت الفرس فاوّل من ملك من الفرس كورش الفارسى — وكان ببابل صنم من نحاس عظيم الخ; *Barhebraeus* (p. 32. ed. Brunsii et Kirschii): הדא דתרתין זבנין כד אשתדר נביא חבקוק מן יהוד ואיתי לה מאכולתא ואתפצי תוב מן אריותא :

que amplificant [6]), persequuntur. Commemoratione vero dignum est, *Dorotheum* et *Epiphanium*, et LXX et Theodotionem deserentes, rem singulari ac plane diverso modo narrare. *Ὡς δὲ ἔλαβε τὸ ἔδεσμα*, *Dorotheus* ait, *προεφήτευσε τοῖς ἰδίοις, εἰπών· Πορεύομαι εἰς γῆν μακρὰν καὶ ταχέως ἐλεύσομαι· εἰ δὲ βραδύνω, ἐνέγκατε τοῖς θερισταῖς. Καὶ γενόμενος ἐν Βαβυλῶνι καὶ δοὺς τὸ ἄριστον τῷ Δανιὴλ, ἐπέστη τοῖς θερισταῖς ἐσθίουσι, καὶ οὐδὲν εἶπεν τῶν γενομένων.* *Epiphanius*, his leviter interpolatis: *Καὶ προεφήτευσε τοῖς ἰδίοις, εἰπών· πορεύομαι ἐγὼ εἰς γῆν μακρὰν καὶ ταχέως ἐπανελεύσομαι. ἐὰν δὲ βραδύνω, ἀπενέγκατε φαγεῖν τοῖς θερισταῖς. Καὶ γενόμενος ἐν Βαβυλῶνι καὶ δοὺς τὸ ἄριστον τῷ Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, ὑποστρέψας παρέστη τοῖς θερισταῖς ἐσθίουσιν καὶ οὐδενὶ εἶπεν τὸ γενόμενον.* Haec relatio magis cum Jusippone, quam cum LXX et Theod., convenit, at incertum est, quo ex fonte Dorotheus hauserit. Hoc vero ex hac relationis discrepantia certo consequitur, neque Dorotheum neque Epiphanium divinam apocryphis auctoritatem tribuisse, quam in rem illico accuratius inquiremus.

§ 22.

Habacuc discophorus apud Patres.

Scriptis Patrum quatuor priorum seculorum diligenter excussis, elucet, nullum eorum additamenta Danielis apocrypha pro *θεοπνεύστοις* et libris canonicis auctoritate paribus habuisse [7]), at nihilominus plerosque ac prope omnes historiarum, quas continent, veritatem historicam usumque ecclesiasticum agnovisse. Etenim haec apocrypha „in toto orbe di-

6) E. c. Eutychius narrat, Habacucum, cum ad Danielem abriperetur, *Tekoae* fuisse (l. l. p. 258): بارض يهوذا فى موضع يقال له تقوع.

7) Ne Athanas. quidem in *Synopsi* (Opp. t. II. p. 128. 168. cf. 201).

spersa“ ab iis tanquam veneranda antiquae historiae monumenta producuntur, ad Danielis Habacucique vitas illustrandas atque etiam ad dogmata probanda adhibentur, eorumque tam pervulgata cognitio praesupponitur, ut, quod supra demonstravi, ea jam ante Theodotionis versionem secundum LXX publice lectitata esse nullus dubitem. *Irenaeus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Cyprianus* [8] res gestas, quae in Cap. XIV. Danielis (de Belo et Dracone) narrantur, veritatem relationis minime addubitantes, repetunt. *Cyrillus Hierosolymitanus* contra eos, qui impossibilem adscensionem Domini causabantur, *μνημόνευε*, inquit, *τῶν περὶ τῆς μεταθέσεως τοῦ Ἀββακοὺμ εἰρημένων* [9] *Gregorius Nazianzenus* et *Prudentius* historiam de Habacuce discophoro carminibus celebraverunt, quorum ille in Praeceptis ad Virgines (v. 181. T. II. f. 15.):

καὶ Δανιὴλ λείουσι ῥιφεὶς βορὰ μαινομένοισι
θρέψε μὲν οὔτι λέοντας, ἐπεὶ χέρας ἐξεπέτασσεν,
ἀερίην δ᾽ ἐνὶ χερσὶν ἐδέξατο δαῖτα προφήτου.

Et Prudentius in Cathemerinôn hymn. IV. (v. 46 ss.):

Jussus nuntius advolare terris,
Qui pastum famulo daret probato,
Raptim desilit, obsequente mundo.

Cernit forte procul dapes inemtas,
Quas messoribus Abacuc Propheta
Agresti bonus exhibebat arte.

Hujus caesarie manu prehensa,

8) Clem. Al. Stromat. I. p. 142. *τότε διὰ δράκοντα Δανιὴλ εἰς λάκκον λεόντων βληθεὶς ὑπὸ Ἀμβακοὺμ προνοίᾳ Θεοῦ τραφεὶς ἑβδομαῖος ἀνασώζεται.* Tertullianus de Idololatria c. 18. ait: *Danielem idolis non deservisse, nec Belem nec Draconem colere*, etc. Cf. Daniel sec. LXX (Romae 1772) p. 88. Ceillier, Histoire p. 308 s.

9) Opp. p. 218. ed. Benedict.

Plenis (sicut erat) gravem canistris
Suspensum rapit et vehit per auras.

Tum raptus simul ipse prandiumque
Sensim labitur in lacum leonum,
Et quas tunc epulas gerebat, offert.

Sumas laetus, ait, libensque carpas
Quae summus Pater angelusque Christi
Mittunt liba tibi sub hoc periclo.[10]

At auctoritas horum apocryphorum mere historica vel ad summum, quia ecclesia ea ut appendicem canonicorum receperat, deuterocanonica esse censebatur, minime divina. De lacu iterum, inquit auctor l. de mirabilibus Scripturae, et Abacuc translato Belis et Draconis fabula idcirco in hoc ordine non ponitur, quod in auctoritate divinae Scripturae non habetur.[11] Contra *Julium Africanum* (in ep. de Susanna ad Origenem) cum etiam historicam additamentorum danielitìcorum fidem impugnaret atque eo usque progrederetur, ut ea cum Philistionis mimis compararet, *Origenes* nihil amplius evincere conatus est, quam has historias veras judaicaeque traditioni convenientes[12], utiles ac propterea, quod in canone hebraico non reperiantur, omnino non rejiciendas, sed non sine divina providentia libris sacris adjectas ecclesiaeque consensu comprobatas

10) Cf. *Alcimi Aviti* (m. 525) l. ad Fuscinam sororem v. 773 ss., qui eandem historiam hexametris persequitur.

11) Inter Opp. Augustini Tom. III. lib. II. c. 32.

12) Recordor equidem, inquit *Origenes*, me cum Hebraeo studioso et celebri apud illos viri sapientis filio ad id educato, ut patri succederet, de pluribus rebus verba miscuisse: a quo perinde ac si historia Susannae rejectanea non esset (ὡς μὴ ἀθετουμένης τῆς περὶ Σωσάννης ἱστορίας) didici quoque Seniorum nomina, prout apud Jeremiam reperiuntur (29, 17). Idem „ex relatione Hebraei" affert *Hieronymus*. Historiam de Susanna haberi etiam apud Judaeos ostendit

esse.[13]) *Hieronymus* quoque, hebraicae veritatis judaicarumque literarum studiosissimus, tantummodo canonicam auctoritatem iis abjudicavit, quamquam negari nequit, eum etiam de historica auctoritate incertum suspensumque esse et sibimet ipsi parum constare.[14]) At imprudenti zelo contra eum exarsit *Rufinus*, auctoritate Origenis praetenta, quem et ipsum has scriptiunculas libris canonicis neutiquam exaequasse Hieronymus jure objiciebat.

§ 23.

Habacuci signum et vaticinium ἄγραφον.

Dorotheus relationi de Habacuco Babylonem mirabiliter translato etiam plura paradoxa addit, quorum in S. S. ne vestigium quidem apparet: eum intellexisse, populum in Babylonia exulem brevi rediturum eumque praedixisse, templo Hierosolymitano finem exitiumque imminere a gente occidua (h. e. Romanis), adjecto singulari vaticinio de aulaeo Sanctuarii (דביר) et capitellis colum-

Plessnerus in Prolegg. ad Susannam. Ergo a Judaeis non consilio suppressa est, uti Origenes (cf. Hippolyt. I. p. 274.) falso comminiscitur et inter alios credit *Ceillier* (Histoire I. p. 302 s.).

13) Nobiscum facit *Wetstenius* (Opuscula Origenis, Notae p. 155): Quantum ad Origenem, illum historiae Susannae auctoritatem asseruisse conceditur, sed eatenus, ut e fabellarum Philistionis ordine hanc eriperet et veram genuinamque historiam esse probaret, neutiquam vero, ut pro scriptura ἐνδιαθήκῳ ἢ ἐνδιαθέτῳ haberet.

14) Impugnat haec addit. argumentis a doctore judaico suggestis, urget, nusquam in scripturis hominem translatum per aerem legi, ut Habacuc, et tamen adversus *Rufinum* (l. II. t. IV. p. 431) se defendens, se Judaeorum tantummodo sententiam retulisse asserit et in Prologo ad hunc Prophetam ait: „Ut scias, eo tempore fuisse Habacuc, quo jam duae tribus ... ductae erant in captivitatem, Daniel docere te poterit, ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur, quamquam apud Hebraeos haec ipsa non legatur historia.“ Sincerius *Hesychius* Presbyter Hierosol. in *Στιχηρῷ τῶν ιβ΄ προφητῶν*: *Ἀμβακοὺμ εἰ μὲν αὐτός ἐστιν, ὃν ἐς τὴν Βαβυλωνίων ἁρπάσας ἀπεκόμισεν ἄγγελος, εἰπεῖν τὸ σαφὲς οὐκ ἔχω.*

narum *Jachin* et *Boas*[15]) ab angelo in eremum, ubi quondam tabernaculum erectum fuerit, auferendis. *Συνῆκεν δὲ*, inquit, *ὅτι τάχιον ἐπιστρέψει ὁ λαὸς ἀπὸ Βαβυλῶνος. Καὶ πρὸ δύο ἐτῶν ἀποθνήσκει τῆς ἐπιστροφῆς, καὶ ἐτάφη ἐν ἀγρῷ ἰδίῳ μόνος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. Καὶ περὶ συντελείας τοῦ ναοῦ* (non *λαοῦ*) *προεῖπεν, ὅτι ὑπὸ ἔθνους δυτικοῦ γενήσεται. Τότε ἅπλωμα, φησὶ, τοῦ Δαβεὶρ καὶ τὰ ἐπίκρανα τῶν δύο στηλῶν ἀφαιρεθήσονται, καὶ οὐδεὶς γνώσεται ποῦ ἔσονται. Αὐτὰ δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀπενεχθήσονται ὑπὸ Ἀγγέλου, ὅπου ἐν ἀρχῇ ἐπάγη ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς γνωσθήσεται ἐπὶ τέλους Κύριος καὶ φωτίσει τοὺς διωκομένους ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐν σκότει, ὡς ἐξ ἀρχῆς.* Haec syngrammatis Dorotheani interpolator *Epiphanius* repetit paulo melius disposita, latius diducta atque etiam additamentis quibusdam locupletata, in quibus hoc notandum est, Habacucum iis, qui Judaeam incolebant, signi loco hoc portentum annuntiasse, eos aliquando in templo lucem ingentem ac perlucidam conspecturos et sic visuros esse Dei gloriam. Adjicimus ipsa verba Epiphanii, ut librum Dorotheanum ab eo interpolatum sive denuo recensitum, id quod infra pluribus demonstrabimus, appareat: *Συνῆκεν δὲ ὁ Προφήτης, ὅτι τάχιον ἐπιστρέψει ὁ λαὸς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἔδωκεν δὲ τέρας τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ, ὅτι ὄψονται ἐν τῷ ναῷ φῶς μέγα διαλάμψαν, καὶ οὕτως εἴσουσιν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ ναοῦ προεῖπεν, ὅτι ὑπὸ ἔθνους δυτικοῦ γενήσεται ἡ πόρθησις τοῦ ναοῦ Ἱερουσαλήμ. Τότε τὸ ἅπλωμα τοῦ δαβεὶρ εἰς δύο μέρη ῥαγήσεται καὶ τὰ ἐπίκρανα τῶν δύο στύλων ἀφαιρεθήσονται, καὶ οὐδεὶς γνώσεται ποῦ ἔσονται. Αὐτὰ δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀπενεχθήσονται ὑπὸ Ἀγγέλων, ὅπου ἔναγχος ἐπάγη*

15) Quibus aliquid *μυστηριῶδες* significari antiquitas existimabat, velut eas soli et lunae vel duobus hominis oculis respondere, Jalkuth ad Reg. 7. § 185.

ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς γνωσθήσεται ἐπὶ τέλει Κύριος[16]), *ὅτι φωτίσουσι τοὺς διωκομένους ὑπὸ τοῦ ὄφιος, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, καὶ διασώσει αὐτοὺς Κύριος ἐκ σκιᾶς θανάτου, καὶ ἔσονται ἐν σκηνῇ ἁγίᾳ. οὗτος ὁ Προφήτης περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Κυρίου πολλὰ προεφήτευσεν, πρὸ δὲ δύο ἐτῶν τῆς ἐπιστροφῆς τοῦ λαοῦ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀπέθανεν καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ ἄγρῳ ἐνδόξως.* Unde Dorotheus et Epiphanius haec memorabilia desumserint, definite dicere non possumus; at verisimile est, eos libro cuipiam apocrypho s. pseudepigrapho innixos esse. Vaticinium autem illud, perquam mystice et obscure expressum, a Judaeo potius quam a Christiano confictum esse videtur, et, nisi omnia me fallunt, idiomate aramaico libri *Sohar* antiquitus consignatum erat.

§ 24.

Habacuci sepulcrum secundum Patres.

Habacucum biennio ante populi ex Babylonia reditu (ergo ao. 538) diem supremum obiisse et in proprio agro sepultum esse, confidenter tanquam rem certissimam produnt *Dorotheus* et *Epiphanius*. Sepulcrum ejus, de cujus loco veteres mirifice consentiunt, *Eusebii* et *Hieronymi* aetate commonstrabatur *Ceïlae* s. *Echelae* (8 m. p. ab Eleutheropoli Hebronem versus[17]) vel,

16) *Symeon Logotheta: ἐν αὐτῷ γνωσθήσεται· καὶ ἔτι λέγει Κύριος, ὅτι φωτήσουσι ...... ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς κ. τ. λ.*

17) *Κεειλά· φυλῆς* Ἰούδα, *ἔνθα Δαβὶδ ἐκαθέσθη* (1 Sam. 23, 1 — 18), *καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη Κεΐλα* (*Κηλὰ*) *πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως ἀπιόντων εἰς Χεβρὼν ὡς ἀπὸ σημείων ιζ. τὸ μνῆμα Ἀββακοὺμ τοῦ προφήτου αὐτόθι δείκνυται*, *Euseb.* de locis hebraicis. Haec *Hieronymus* vertit: Ceila in tribu Juda, ubi quondam sedit David, et nunc villula Ceila ad orientalem plagam Eleutheropoleos, pergentibus Chebron quasi octavo milliario, in qua sepulcrum Abacuc demonstratur. Cf. Euseb. s. *Ἐχελά*; Bachiene Palaest. T. I. p. 2. p. 316. Ceïlam iter dimidii diei a Caesarea abesse et קקון appellari refert, *Binjamin de Tudela* (Itiner. p. לב ed. Asher).

quae definitio accuratior est, inter *Ceïlam* (קעילה) et *Gabatham* (גבעה), qui vicus 12 m. p. ab Eleutheropoli aberat. Neque enim veteres sibimet ipsis contradicunt, cum Habacucum modo Ceïlae, modo Gabathae sepultum esse referunt, quae quidem loca vicina erant et paribus fere intervallis ab Eleutheropoli atque Aeliâ remota.[18]) De reliquiis Habacuci simulque Michaeae tempore *Zebenni* episcopi Eleutheropolitani inventis in l. VII. Hist. Eccl. (c. 29) haec refert *Sozomenus*[19]): *Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τὴν θρησκείαν ἐσέμνυνεν, ἀλλὰ καὶ Ἀββακοὺμ, μετ' οὐ πολὺ δὲ τούτου καὶ Μιχαίας πρωτοπροφητῶν περὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἀναφανέντες. Ἀμφοῖν δὲ τὰ σώματα, ὡς ἐπυθόμην, κατὰ θείαν ὀνείρατος ὄψιν ἀνεδείχθη Ζεβέννῳ τῷ τότε ἐπισκοποῦντι τὴν Ἐλευθεροπόλεως ἐκκλησίαν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοὔνομα ταύτης ἤστην Κελὰ, ἡ πρὶν Κεΐλα ὀνομαζομένη πόλις, καθ' ἣν ὁ Ἀβακοὺμ εὑρέθη. Καὶ Βηραθσατία χωρίον ἀμφὶ δέκα στάδια τῆς πόλεως διεστώς· περὶ δὲ τοῦτο ὁ Μιχαίου τάφος ἦν, ὃ μνῆμα πιστὸν, ἀγνοοῦντες ὅ,τι λέγουσιν, οἱ ἐπιχώριοι ἐκάλουν, Νεφσαμεεμανᾶ*[20]) *τῇ πατρίῳ φωνῇ ὀνομάζοντες.* Memoriam locorum, ubi Sancti sepulti sint, in Palaestina continua minimeque spernenda traditione conservatam esse constat; quare ea, quae Patres ecclesiae in ipsa terra sancta commorati de Habacuco prope Ceïlam sepulto ad nos propagarunt, vera esse posse, non est quod dubitemus.

18) Relandus in Palaest. p. 772: *Γαβαθὰ* est et vicus 12 milliaribus ab Eleutherop., ubi sepulcrum Habaccuci ostenditur. Eusebius in Onomastico ad vocem *Γαβαάς*. Antea ad vocem *Κηλὰ* et *Ἐχελὰ* dixerat, illic ostendi sepulcrum Habaccuci. Sed haec facile conciliantur, si conferamus ea, quae de situ horum locorum tradit Eusebius etc.

19) Et post eum *Nicephorus Call.* XII, 48., qui perperam *Κεΐλὰ* nomen antiquum Eleutheropolis esse ait.

20) H. e. ܢܦܫܐ ܡܗܝܡܢܐ vel, si *πιστῶν* legendum est, נפש המאמינים (נפש talm. = *μνημεῖον*, velut Erubin 53, a. Gen. Rabba 92, a.).

§ 25.

Habacuci sepulcrum sec. scriptores judaicos.

At celare non possumus, a Patrum relatione differre id, quod Judaei de sepulcro Habacuci referunt et etiamnunc incolae terrae sanctae confirmant. Nam *Esthori ha-Parchi* in opere tam raro quam eximio כפתור ופרח inscripto, quod ad topographiam terrae sanctae illustrandam lucis affert plurimum, exponit, vetus illud *Chukkok* (חֻקֹּק), in finibus tribus Naftali situm (Jos. 19, 34), quod neutiquam cum urbe levitica ejusdem nominis ad tribum Aser pertinente (1 Chr. 6, 60) confundendum sit, non differre videri ab urbe quadam, iter duarum horarum ad africum a Safet et ad euronotum a Tabor sita, quae nunc *Jakuk* appelletur. Ibi, ut feratur, Habacucum prophetam sepultum esse atque etiamnunc synagogam cum antiquo pavimento conspici.[21] Eundem locum sepulcro Habacuci assignat l. יחוס האבות, ao. 1537 scriptus et ab Hottingero (*Cippi Hebraici*) editus, quo 61 monumenta palaestinensia et 10 extra Palaestinam inventa describuntur. Hoc in libro ad n. יאקוק adnotatur: שם בדרך קבור חבקוק הנביא ע״ה.[22] Neque negari potest, de hac traditione inter incolas Palaestinae vigente exstare peregrinantium testimonia, quorum unum jam Carpzovius producit, his verbis[23]: „Jakuk, qui lo-

21) Chukkok of the tribe of Nafthali, not to be confounded with the northern Chukkok of the Chronicles (I, VI. 60.) in the canton of Asher, appears to me to be a town situated two hours south-west of Safet, it is north-east of Thabor and bears the name of Jakuk. The prophet Habakuk is said to be buried there; we also saw there a synagogue with an ancient pavement (*Zunz*, on the geographie of Palestine, in Binjamini de Tudela Itinerario ed. A. Asher t. II. p. 421. 422.).

22) Cippi Hebr. p. 75.

23) Introd. p. 402.

cus est in Galilaea, haud longe a Saphetta s. Sephet, ubi Judaeorum academia; quocum fere consentit *Sanderson* Anglus, qui, iter suum a Damasco ad Hierosolyma describens, inter *Sephet* et *Caphar Chittin* se pagum aut vicum invenisse notat, ubi habitasse et sepultum fuisse Habacucum ferant Judaei, cui nomen dicit *Jeakoke*, observante Sal. van Till in Phosphoro Prophet. p. 214." Relationes Patrum et Judaeorum hac in re sibi ita contradicere, ut conciliari nequeant, vix est, quod dicamus. Praeferenda vero est relatio Patrum utpote antiquior; judaicam pro fabulâ habeo, quae (id quod pluribus exemplis confirmari possit) ex nominum prophetae et vici illius galilaei assonantiâ (חבקוק, חוקק, יאקוק) exorta est.

§ 26.

Epilogus.

His pertractatis, propositum nostrum exponendi, quidquid de Habacuco ab ecclesia et synagoga antiquitus traditum sit, nos exhausisse putamus. Nam alia quaedam, quae non sunt traditione sancita, sed a privata unius paucorumve hominum insulsitate procreata, commemoratione vix digna sunt.[24] Neque vero, ad laborem exantlatum retro respiciens, dubito, futuros esse multos, praesertim critices neotericae studiosos, qui me operam male collocasse criminentur. Quibus regero, non sine arrogantia in vita atque aetate prophetae, cujus nonnisi nomen Scriptura conservavit, investiganda traditionem negligi posse,

24) V. c. *Jac. Martini* (De libris scripturae perditis Disp. II. § 76) contra „Hebraeorum doctores aliquos" pugnat, qui ס' הישר ad Habacucum referant — portentosa profecto opinio homine sobrio indigna; *Lengerke*, si recte intellexi quae dicit in comm. ad Daniel. p. CXIV., Danielem ipsum et Habacucum a Judaeis pro una eademque persona habitos fingit, nescio a quibus, etc.

praesertim cum, sicut Origenes contra Africanum recte animadvertit, ipsum Novum Testamentum traditionis in multis veracitatem testificetur; si vero negligi non debeat, eam accuratiori inquisitione esse dignissimam. Deinde omnes, quoad scio, qui de Habacuco scripserunt (exceptis paucissimis nonnullis, qui, quasi ipsi totam sapientiae gazam nescio unde acceptam soli possideant, traditionem tum historicam tum hermeneuticam aspernantur et sedulo cavent, ne alienis propria inquinent) ea, quae traditio perhibet, certe strictim attigerunt; quare haec omnia, ut uno in conspectu habeantur, in unum congerere criticeque perlustrare operae pretium esse judicavi. Denique confido, hanc traditionis judaicae et ecclesiasticae expositionem causam exstitisse, ut non pauca, quae hactenus vel plane neglecta vel certe leviter tantum tractata erant, diligentius a me investigarentur. Particula vero secunda, quam huic primae, si Deus juverit, brevi addemus, re ipsa ostendet, operam nostram non irritam ac sterilem, sed utilem fructuosamque fuisse.

DIATRIBE

DE PSEUDO-DOROTHEO ET PSEUD-EPIPHANIO.

I.

DE PSEUDO-DOROTHEO.

Synopsin (*Σύγγραμμα ἐκκλησιαστικὸν*) de XXIII prophetis, XII apostolis et LXX discipulis Domini (graece partim, auctore non nominato, in Chronico Paschali edito a Fresne du Cange, partim in Cavaei Historia script. eccl. Tom. I., latine ed. cum Eusebio etc. Basil. 1557. 98. fol. cum Sulpicio Severo Paris. 1560. 12. et cum Salviano Romae 1564 fol. Bibl. Patrum Paris. 1575. T. II. maxima T. III. Bibl. de la Bigne T. VII. Bibl. Lugdun. 1680.[1]), quae S. Dorotheo Martyri, episcopo Tyri sub Constantino Magno florenti adscribitur, librum esse traditionum incertarum fabularumque manifestarum

1) Versio latina, quam *(Wolfg.) Musculi* esse ajunt (Du Fresne ad Chron. Pasch. p. 504), nescio ex quonam graeco eoque mendosissimo Codice facta, praeterquam quod singulas Synopsis partes arbitrio interpretis dispositas exhibet, conspurcata est tot vitiis (velut in Dan. in morbo pro *ἐν Νότῳ*; in Zachar. f. Jojadae sub Elam pro *ἀνὰ μέσον ἐπὶ τοῦ Ἐλὰμ* h. e. אולם), perversitatibus spuriisque etiam additamentis (e. c. Zachar. fin; Zachar. f. Joj. init.), ut inde sententiam de Dorotheo ferre iniquum sit. Dolendum est igitur, textum graec. partis de Prophetis, quam solo in Chron. Paschali habemus, nondum a quoquam ex Cod. editum esse. Quae quidem pars Synopsis desideratur in plerisque Codd. ceteras partes purius corruptiusve exhibentibus (quos enumeratos reperis in Fabricii Bibl. Tom. VII. p. 452 ss. ed. Harless); exstat vero in Cod. Reg. Madrit. CV.; Paris. CLIX.; Cod. Vindob. LXXVII., qui plane geminus videtur esse illi, quo Musculus usus est, nisi quod chronologiam patriarcharum CPolitanorum narrationibus de prophetis subjunctam habet.

plenum, nondum quisquam negavit, ne ullus quidem Romanensium doctorum, qui traditionem ecclesiasticam alias plurimi faciunt.[2]) Aeque certum est, Dorotheum, Tyri episcopum, auctorem hujus ipsius Synopsis, qualis nobis conservata est, neque esse neque perhiberi. Namque ex ea textus graeci parte, quam, cum Bibliothecis Patrum latina solummodo translatio, recens illa nec satis religiose facta, inserta esset, Cave et Du Fresne nobiscum communicaverunt, luculente apparet, hoc Synopsis exemplar graece scriptum atque tres in partes dispertitum neutiquam a Dorotheo ipso profectum, sed ex ejus scriptis archaeologicis et historicis translatum duntaxat, congestum et tanquam ex fonte limpidissimo haustum esse. *Ταῦτα*, inquit translator Graecus in fine tractatus de LXX discipulis, *ὁ τρισμακάριστος καὶ πανόλβιος Δωρόθεος ἐν Ῥώμῃ γεγονὼς διὰ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ἐν ὑπομνήμασι καταλέλοιπεν· ἐξ ὧν ἡμεῖς ἐρανισμένοι καὶ πρὸς Ἑλλάδα γλῶσσαν μεθερμηνεύσαντις ἐμφανῆ τοῖς πᾶσιν πεποιήκαμεν τὴν τῶν ο΄ μαθητῶν ἐκλογὴν, πιστὴν καὶ ἀληθῆ αὐτὴν καταλαβόμενοι.* Idque Graecus iste itentidem inculcat, scilicet ut auctoritatem suis narrationibus afferat et fidem, scripta latina Dorothei, quibus usus sit, modo *συγγράμματα ἐκκλησιαστικὰ* modo *ὑπομνήματα* modo *ἱστορικὰς συγγραφὰς* appellans et aperte dicens, eum in iis enarrasse *τὰ περὶ τῶν ο΄ μαθητῶν τοῦ σωτῆρος καὶ ἔνθα ὁ καθεῖς τῶν Προφητῶν καὶ τῶν Ἀποστόλων τὸν βίον ἐτέλεσεν*, speciatim etiam et episodice, quaenam sint sedis Constantinopolitanae origines et ex quali genere Metrophanes prognatus sit — unde consequitur, singularum Synopsis partium tum fontem tum collectorem fuisse eosdem. Hic vero collector cur a plerisque *Anonymus* dicatur, quasi nomen ejus lateat, vel *Pseudodorotheus*, quasi Dorothei perso-

2) Velut *Bellarminus* (de Scriptoribus ecclesiasticis), *Baronius* (Annal. et Martyrol.), *Anton. Possevinus*, alii.

nam ipse tractaverit, vehementer miror. Est enim, ut ex clausula asiatico more consignata (quam ab ipso profectam non dubito) elucet, *Προκόπιος τις τοῦ Πρεσβυτερίου ἠξιωμένος, βίῳ τε καὶ λόγῳ εὐσεβείας διαπρέψας καὶ πάσῃ τῇ περὶ τὰς γραφὰς ἐμμελείᾳ τε καὶ ἐμπειρίᾳ ἀεὶ ἐνασκηθεὶς, καὶ ἐντυχικῶς ταῖς Ἱστορικαῖς συγγραφαῖς τοῦ — ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος Δωροθέου*, qui haec omnia conscripta nobis reliquit. Scimus insuper, quo tempore Procopius, Presbyter, ut videtur, Constantinopolitanus[3]), in Synopsi conscribenda elaboraverit; siquidem in exitu degressionis de Byzantio ejusque episcopis refert, haec ex latinis Dorothei scriptis conversa esse Philoxeno et Probo Coss., eo tempore, quo Joannes episcopus Romanus Constantinopolin venit et, ab archiepiscopo urbis rogatus, ut in natalitiis Christi secum sacra administraret, hoc facere renuit, nisi se ordine anteire liceret, proinde ao. 525, Justino I. imperante (518—527). Hae lites de principatu inter ecclesiam Byzantinam et Romanam Procopium impulerunt, ut Dorothei syngramma, ex quo Byzantini argumenta petebant, ex Latino in Graecum transferret, et primum quidem, ut videtur, caput de Byzantio, ipso temporis statu flagitante, deinde capp. de

3) Cf. Jöcher. s. *Procopius;* Fabricius (qui partes Synopsis de LXX discipulis et XII apostolis post Cangii editionem recudendas curavit ad calcem librr. de Vita Mosis 1714. 8) Bibl. T. VII. p. 566. Vehementer autem fallitur *Casimir. Oudinus* (in „Diss. de Synopsi Vitae Prophetarum, XII. Ap. et Disc. LXX Christi, quae S. Dorotheo Tyri ep. et martyri falso inscribitur atque Procopio presbytero C. P. attribuenda a criticis creditur", Comm. de Script. Eccl. T. I. col. 1377—94), qui praeter chronologiam ep. Byzantinorum Dorotheo attributam Procopium alios quoque indices chronologicos tam de V. Test. rebus, quam sedium patriarchalium (Cod. Vind. Theol.-Gr. XXXIV. descr. a Lambecio) collegisse atque conscripsisse asserit, quos quidem in suam Chronographiam sec. IX. comportaverit Nicephorus Patriarcha. At illi indices non sunt Procopii nomine insigniti, et, testibus Theophane ac Georgio Monacho, non Procopius, sed *Dorotheus περὶ τῶν ἐπισκόπων τοῦ Βυζαντίου καὶ ἄλλων τόπων διεξῆλθεν.*

LXX discipulis et XII apostolis, quibus illud interpositum erat, denique cap. de XXIII prophetis, quod, si a Procopio ipso adjectum est [4]), propterea postremo adjectum reor, quia in calce capitis de apostolis indicat, in Dorothei *ἱστορικοῖς συγγράμμασιν* quaedam de Jeremia contineri, quae posterius, cum partem Synopsis de Prophetis adderet, diligentius persecutus est. Notationem vero temporis illam non commentitiam, sed fide dignissimam esse, inde colligitur, quod cap. de prophetis jam ante sec. VII. medium satis magnam famae celebritatem adeptum erat; nam receptum est in *Chronicon Paschale* (*Πασχάλιον* [5]), quod, historia usque ad tempora Heraclii (611—641) pertexta, in annum XX. Heraclii desinit. [6]) Etiam *Theophanes Isaacius* (in Chronographia 285—813), *Nicephorus* Patriarcha (in Chronographia usque ad 828), *Georgius Cedrenus* (in Chronico usque ad a. 1057), *Theophylactus* Achridanus (cl. 1078), *Jo. Zonaras* (m. post 1118), *Symeon Logotheta*, *Macarius*, Catenae in Genesin et Lucam scriptor (sec. XIV ?) aliique scriptores recentiores, quos appellare non opus est, ex Synopsi Procopii haud pauca desumserunt [7]), de fide ejus utpote venerandi antiquitatis monumenti minime addubitantes.

4) Haec quaestio infra, cum de Pseudep. sermo erit, dijudicabitur.

5) p. 146—161; cf. ib. p. 212—214. 224 (de XII ap. et LXX disc.).

6) Si verum est id quod multis et gravibus argumentis probari potest, Chronici Paschalis auctores esse duos, unum *Constantii* temporibus viventem, qui Chronicon usque ad annum Constantii XVII (354) perduxit, alterum hujus prioris Chronici continuatorem et simul interpolatorem, *Heraclii* Imp. aequalem: cap. istud de Prophetis, quod, reditus ex Babylone instaurationisque templi memoria habita, tanquam *ἀνακεφαλαίωσις* subjicitur, nonnisi a posteriore insertum esse potest. Idque *ἀνωνύμως* fecit, quemadmodum etiam Nicephorus C. P. et qui cum eo episcoporum Byzantiorum seriem e Synopsi desumserunt nec Dorotheum nec Procopium auctorem nominant.

7) In plerisque vero difficile dictu est, utrum Dorotheo-Procopianam an Epiphanianam illarum traditionum collectionem ante oculos habuerint.

Tempus igitur, quo Synopsis conscripta est, in dubitationem vocari nequit; at fuisse quendam Dorotheum, Tyri episcopum, cujus libros latinos auctor Synopsis excerpserit, alii dubitant, alii pernegant. Et ex numero quidem eorum, qui Dorotheum pro persona ficta, Synopsin pro portentoso veteratoris foetu habent, pugnacissime suam sententiam tuetur *Guilielmus Cave* (l. l. p. 170 ss. ed. Oxon.). Admodum probabile est, inquit, hunc Anonymum fuisse ipsius synopsis Dorotheanae conditorem. Quis enim alicujus Dorothei, Tyriorum episcopi, Diocletiani vel Juliani tempore, mentionem fecerit? immo vel ante a. 457, quando, deposito Photio Tyri episcopo, Dorotheus quidam in locum ejus subrogatus est? Quis unquam Dorotheum sub Juliano martyrem, sub Diocletiano confessorem dixerit? Sub Diocletiano multum passus, inquit martyrologium Romanum Jun. 5, exilio mulctatus, ait Anonymus noster. Sed an hoc latuisset Eusebium, qui martyrum et confessorum gesta undique conquisivit, ipse sub hac persecutione confessor, et, quod majus adhuc, ipse hoc circiter tempore Tyri degit? Quis unquam ex scriptoribus ecclesiasticis, qui primis his seculis floruerunt, synopsis hujus Dorotheanae meminerit, immo vel ex iis, qui scriptorum ecclesiasticorum catalogos nobis ex professo tradiderunt? Quis nisi bardus et cui vix sanum sinciput, Dorotheum, hominem Graecum et Tyri inter Phoenices antistitem, commentarios suos latino sermone conscribentem nobis sisteret? Restat igitur, vel Anonymum nostrum haec confinxisse, vel saltem a Procopio presbytero suo (!) conficta in lucem evulgasse. Unde pro more omnium paene impostorum haec diu incognita latuisse fingit, nec nisi duobus paene integris post Dorothei mortem seculis orbi innotuisse. Quod nulla probabilitate credi potest, praesertim cum hi commentarii nil nisi historiae apostolicae et ecclesiasticae

summam, utilissimam plane, modo genuinam, in se continerent. Totius imposturae originem ex ipso fragmento [quod ex duobus Codd. Baroccianis exhibuit Cavaeus] eruere licet, quae non alia videtur, quam πολυθρύλλητος illa inter sedem Romanam et CP. de πρωτοκαθεδρίᾳ contentio. Id ipsum Cavaeus, historia ejus contentionis paulo altius repetita, evincere studet et, fraude, ut censet, satis detecta, certum est, inquit, quaecunque scriptores recentiores de rebus hoc tractatu memoratis tradiderint et sub specioso venerandae vetustatis nomine nobis obtruserint, non ad aliam originem, quam Anonymum nostrum esse referenda.

At vero haec Cavaei, viri ceterum doctissimi ac sagacissimi, crisis non satis plane frugi ac sobria esse mihi videtur; siquidem modum excedit, et libello utpote fabulari offensa, nodum non tam solerter solvit, quam violente discindit. Ego vero, cautiorem aequioremque, quantum potero, Synopsis crisin instituturus, priusquam istum, qui dicitur, Pseudodorotheum disquisitioni subjiciam, haec Cavaeo et eis, qui ejus sententiae adstipulantur, oppono: 1) Etiamsi verum sit, commentariolum illum περὶ Βύζαντος καὶ τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ spurium et partium studio genitum esse, in reliquis tamen Synopsis partibus, veluti in parte de Prophetis, tale partium studium neque conspicuum est, neque fabularum recens fingendarum et antiquo martyri supponendarum causa esse poterat. Imposturae igitur origo a Cavaeo indicata, etiamsi in partem Synopsis cadere potest, in totam tamen minime cadit, praesertim cum singulae Synopsis partes non continuo, sed seorsim elaboratae sint. 2) Quod Cavaeus dicit, scriptores recentiores, quaecunque de rebus in Synopsi memoratis tradiderint, ex hac ipsa, non ex fonte antiquiore hausisse, confidentius dictum ac plane falsum est. Nemo negabit, aliquot scriptorum recentiorum inde a sec.

VII. Synopsin tanquam testem fide dignam silenter adhibuisse; at aeque certum est, non paucas historiarum in ea collectarum dudum dispersas in operibus scriptorum ecclesiasticorum Procopio ac vel isto Dorotheo antiquiorum inveniri et non solum ecclesiasticae, verum etiam synagogali traditioni consonare. Sic, ut e *Synopsi de* XXIII Prophetis exempla nonnulla proferam, de *Jesaia* jussu Manassis serra dissecto consentiunt et Christiani auctores, velut Justinus Martyr, Tertullianus, Lactantius, Augustinus, Hieronymus, Gregentius Tephrensis (ظفارى) et Judaici, praeeunte ipsa Gemara Jebamot 49, b. (אזיוה לארזא ונסרוהו). Quae auct. Synopsis de *Abdia* refert, fere iisdem verbis inveniuntur apud Ephraemum Syrum[8]), atque etiam de hoc propheta mira est ecclesiasticae synagogalisque traditionis consensio. *Jonam* esse *filium* viduae Sareptanae, subito mortuum et ab Elia resuscitatum, antiquitatis vox est unanimis.[9]) 3) *Relationes* de locis, ubi Prophetae singuli sepulti sint, scriptorem

8) Assemani Bibl. Orient. Clementina p. 70. „Abdias erat ex terra Sichem de agro Ephraem, discipulus Eliae Prophetae. Hic erat tertius ex illis quinquagenariis (*πεντηκόνταρχος τρίτος* 2 Reg. 1, 13), cui parcens Elias ad Achabum descendit. Posthac regis famulatum abdicans prophetavit et mortuus sepultusque est cum patre suo.“ Addit Ephraemus: „Uxor hujus Abdiae fuit illa, quae Elisaeum prophetam adiit rogavitque pro duobus filiis suis, a quibus debita patris exigebantur, ut solverent aut servirent, cui Elisaeus ex aqua oleum fecit.“ Quibuscum cf. Joseph. Antiq. IX, 2. *προςελθοῦσαν γὰρ αὐτῷ (Ἐλισαίῳ) φασι τὴν Ὠβεδίου, τοῦ Ἀχάβου οἰκονόμου, γυναῖκα εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἀγνοεῖ, πῶς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς τοὺς προφήτας περιέσωσεν, ὑπὸ τῆς Ἀχάβου γυναικὸς Ἰεζαβέλας ἀναιρουμένους ἑκατόν*; Trg. ad 2 Reg. 4, 1. (עבדך עובדיה בעלי מית); Jalkuth ad l. eundem § 228.; Kimchi ib. etc. Etiam judaica traditio *Ὠβεδίαν τὸν ἐπιμελούμενον τῶν κτημάτων* (Joseph. Ant. VIII, 7.; אפיטרופוס של אחאב Ex. Rabba c. 38) cum propheta eundem esse pronunciat.

9) Hieron. Prooem. in Jonam; Athanas. ad Antiochum quaest. 65; cf. Pirke R. Eliëzer c. 33. j. Sukka Jefeh Mareh V. § 2. Jalkuth ad Jonam § 550. ad 1 Reg. 17, 9. § 209., quamvis haec traditio scripturae, quae Jonam ex Gat Chefer oriundum testatur, adversari videa-

produnt, nisi in ipsa terra sancta habitantem, certe topographiae ejus haud ignarum[10]), quod eo certius est, quo pluribus iisque teterrimis vitiis librariorum textus Synopsis conspurcatus est, ne dicam de versione ejus latina, qua mythistoriae synopticae passim in delirantium somnia convertuntur. Quodsi igitur Procopius ait, Dorotheum suas historias *ἐξ Ἑλληνικῶν καὶ Ἑβραϊκῶν* coëgisse, mendacii redargui non potest, modo verum sit, fuisse quendam Dorotheum, qui has qualescunque historias *Ῥωμαϊκοῖς*, ut ait, *ὑπομνήμασι παρέδωκεν*.

Quis vero est ille Dorotheus, Tyri Episcopus, homo, ut plurimis videtur, prorsus fictitius? Comprobarine potest, episcopum ejus nominis ducentis fere annis ante Synopsin conscriptam sedem Tyri tenuisse talemque fuisse, ex cujus libris Synopsis concinnata esse possit? Audiamus prius testes, examinemus deinde eorum testimonia. Inscriptio Syngramma esse dicit *Δωροθέου Ἐπισκόπου*

tur, Jalkuth ex Jerus. ad Jon. l. l. (אמו מאשר ואביו מזבולן). Cf. Abendanam ad Jon. 1, 1. Abarbanel ad Habac. 1, 1. Arabes ipsum متّى matris nomen esse censent (Abulfeda anteisl. p. 52), a Judaeis, ut videtur, seducti, qui אמתי cum אמת (1 Reg. 17, 24) componunt. Et ne exemplis consensûs Dorothei cum traditione jud. et eccl. pluribus, quam quae adduximus, destituti videamur, cf. ad *Naum* Jos. Arch. IX, 11; ad fabulam de fonte Siloam *Jesaiae* producto Tertull. adv. Marc. III. v. 173 (Hier. Opp. III. f. 17.); de *Jeremia* lapidato Tertull. Scorpiac. c. 10. Chalcidius in Timaeum § 170. (Hebr. 11, 37. Zonarae Ann. t. I. f. 82); de absconsione tabernaculi per eundem 2 Macc. 2.; ad *Joath* (Epiph. *Ἰωάμ*, utrumque ex 2 Par. 9, 29) Jos. Arch. VIII, 3. Raschi ad 1 Reg. 13, 1. His collatis, perspicies, Dorotheum nihil poetice aut mendaciter effinxisse, sed, quae veterum auctoritate comprobata invenit, collegisse atque in ordinem redegisse.

10) Et, si hoc concedere nolis, certe, quae audierat vel legerat, religiose reddentem; cf. de sepulcro *Michae* Hier. Epitaph. Paulae (Niceph. XII, 48. Soz. VII, 24); *Abdiae* et *Elisaei* Hier. ib. Mantuani Fast. VIII, 13. 35; *Zachariae* pr. de minoribus XI. Soz. IX, 16. 17. Niceph. XIV, 8; de sepulcris Regum (Jes.) Joseph. Arch. VII, 12; *Ezechielis* Binjamin מסעות, Cippi Hebr. p. 83; *Danielis* (*σπηλαίῳ βασιλικῷ*) Jos. Arch. XII, 12. Hier. in Dan. c. 8.

Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς, πνευματοφόρου, καὶ Μάρτυρος γεγονότος ἐν τοῖς καιροῖς Λικινίου καὶ Κωνσταντίνου τῶν Βασιλέων. In prologo autem Syngrammatis haecce de eo narrantur: *Οὗτος ὁ προλεχθεὶς* (in titulo) *ἀοίδιμος ἀνὴρ καὶ συγγράμματα καταλέλοιπεν Ῥωμαϊκά τε καὶ Ἑλληνικά· ἐπειδήπερ καὶ ἑκατέρων τῶν γλωσσῶν ἔμπειρος ὑπῆρχεν, γέγονε δὲ καὶ πολυΐστωρ δι' εὐφυΐαν. Μετὰ τὴν τελευτὴν Διοκλητιανοῦ καὶ Λικινίου κατέλαβε καὶ αὐτὸς τὴν ἰδίαν παροικίαν, καὶ ἣν ἰθύνων τὴν ἐν Τύρῳ Ἐκκλησίαν μέχρις Ἰουλιανοῦ τοῦ τυράννου. Καὶ ἐπειδήπερ οὐκ αὐτοφανῶς, ἀλλὰ κρυπτῶς διὰ τῶν ἀρχόντων Ἰουλιανὸς ἀνήρει τοὺς Χριστιανοὺς, πάλιν ὁ Δωρόθεος κατέλαβεν τὴν Ὀδύσσου πόλιν, ἔνθα καὶ συσχεθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ ἀρχόντων, καὶ πολλοὺς αἰκισμοὺς ὑπομείνας, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν τοῖς βασάνοις ἐναπέθανεν, ἑκατὸν καὶ ἑπτὰ ἐτῶν ἤδη τυγχάνων* (Cave l. l. p. 164. Du Fresne l. l. p. 426). Eadem tradit Theophanes in Chronographia (quae annos 285—813 complectitur), at non repetita solummodo relatione Synopsis, quam ante oculos habuisse videtur, nisi forte uterque indidem hausit, sed additis nonnullis, quae, nisi haec ab eo impudenter conficta opineris, ex alio opere historico desumsit. *Τότε,* inquit Theophanes Constantini M. tempora enarrans, *καὶ Δωρόθεος ἐπίσκοπος Τύρου, ὁ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ πολλὰ παθήσας καὶ ἐξορίας καὶ βάσανα ὑπομείνας, ἤκμαζε, πλεῖστα συγγράμματα καταλιπὼν Ῥωμαϊκὰ καὶ Ἑλληνικὰ, ὡς ἀμφοτέρων γλωσσῶν ἐμπειρότατος καὶ πολυΐστωρ δι' εὐφυΐαν γενόμενος. Οὗτος καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων τοῦ Βυζαντίου καὶ ἄλλων πολλῶν τόπων διεξῆλθεν. Αὐτὸς ἐπανελθὼν ἐκ τῆς ἐξορίας καὶ ἐν τῇ συνόδῳ (Nicaena) εὑρεθεὶς, καταλαβὼν τὴν ἰδίαν παροικίαν, διήρκεσε μέχρι Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου. Καὶ ἐπειδήπερ οὐ προφανῶς, ἀλλὰ κρυπτῶς διὰ τῶν ἀρχόντων ὁ μιαρὸς ἀνὴρ εἰς τοὺς Χριστιανοὺς πα-*

ροίνει, πάλιν ὁ μακάριος Δωρόθεος κατέλαβεν τὴν Ὀδυσσόπολιν, ἔνθα καὶ συσχεθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων Ἰουλιανοῦ καὶ πολλοὺς ὑπομείνας αἰκισμοὺς, ἐν βαθυτάτῳ γήρει διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ταῖς βασάνοις ἐναπέθανεν ἑκατὸν ἑπτὰ ἤδη τυγχάνων ἐτῶν (p. 19. ed. Combefis [11]). Idem Theophanes, ubi Juliani adversus Christianos molimina refert, *Ἰουλιανὸς,* inquit, *ἔγραψε Βοστριανοῖς ἐξελᾶσαι Τῖτον τὸν ἱερὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, Δωρόθεον τε τὸν πολύαθλον ἐπίσκοπον Τύρου, τὸν πολλὰς ἱστορίας γράψαντα ἐκκλησιαστικὰς, τὸν ἐν λόγοις διαπρέποντα, τὸν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ ὁμολογητὴν γεγονότα καὶ αὖθις ἐπὶ Λικινίου, ἐν γήρᾳ φθάσαντα βαθεῖ, ἐν τῷ δευτέρῳ χρόνου τοῦ παραβάτου* (ao. II. Juliani) *οἱ τούτου ἄρχοντες ἐν Ὀδυσσοπόλει τοῦτον εὑρόντες ἰδιάσαντα, πολλοὺς αἰκισμοὺς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐπάγοντες, αὐτὸν ρζ´ χρόνων ὑπάρχοντα* (p. 41. [12]). Tertius testis est *Georgius Monachus*, qui, exscriptis ad verbum aliorum scriptorum operibus, Chronicon ab Adamo usque ad Alexium Comnenum contexuit. Is sub ao. mundi MDCCCXVI (Chr. CCCXVI) et rursus sub Juliano Dorothei meminit, at testimonium ejus nullius est pretii, quia ea, quae in Theophanis Chronographia invenerat, ne verbis quidem mutatis repetit. [13]) Postremus est *Anastasius Bibliothecarius* (cl. sec. IX.), qui ea, quae in Chronographia sua Tripertita [14]) de Dorotheo refert, et ipse vel a Procopio vel a Theophane mutuatus est.

Horum auctorum testimoniis si fidem non derogamus, Dorotheus, vir Graecarum Latinarumque nec non Hebrai-

11) *καὶ Ἑλληνικὰ* desunt in Cod. Pal. et Peyrez. *καὶ πολυΐστωρ* desunt in Barb. *τὴν ἰδίαν* Vatic. 2. *τὴν οἰκείαν. μέχρι* Barb. et Peyrez *ἕως. γήρει* Vat. et Pal. *γήρᾳ. ἑκατὸν ἑπτὰ* etc. desunt in Pal. et Peyrez.

12) Excidit in fine *ἀπέκτειναν* vel simile quid. *ἐκκλησιαστικὰς* deest in Barb. *ρζ´* Peyrez. *ρξ´*.

13) Chronicon Paschale ed. Du Fresne, Not. p. 525.

14) p. 27 s. ed. Paris.

carum literarum perquam peritus, disertus, historiarumque ecclesiasticarum scriptor eruditus, natus est ao. 255, multas miserias, exilia (*ἐξορίας*) et tormina perpessus est sub Diocletiano et Licinio (scilicet inde ab anno 303 et rursus ab anno 314), post mortem Diocletiani (313) et Licinii (325), loco ubi exul degebat (Odyssopoli puto) relicto, Synodo Nicaenae interfuit (325), denique ecclesiae Tyriae restitutus in vivis permansit usque ad alterum Juliani apostatae annum, quo, cum iste clandestina vi per magistratus in Christianos debaccharetur, CVII annos natus, Odyssopoli comprehensus et ob Christi confessionem cruciatu et morte affectus est (362). Quae quidem relatio in semetipsa primo obtutu nullam prae se fert fictionis speciem [15]; est enim accurata temporibusque, circa quae versatur, conveniens. Consideranda vero sunt, si ad rem sobrie discutiendam accedere velimus, non solum ea, quae hac relatione diserte continentur, sed etiam, quae incerta relinquuntur. Nusquam igitur dilucide exponitur: 1) quali munere Dorotheus functus fuerit, antequam episcopatum Tyri adipisceretur; 2) quo anno ante annum 325, quo paroeciam suam recepit, episcopus Tyri factus sit; 3) quoties sub Diocletiano et Licinio exilio mulctatus aut fugere coactus sit; 4) an episcopatum Tyri, redux factus, continuo quieteque usque ad mortem (fere per triginta sex annos) gesserit, id quod in turbulentissima illa arianorum certaminum tempestate plane non verisimile est et ne ab ipso quidem Theophane comprobari videtur, utpote qui pro *ἦν ἰθύνων τὴν ἐν Τύρῳ ἐκκλησίαν μέχρι κ. τ. λ.*, quae sunt verba Prologi Syngrammatis, cautius *διῄρκεσεν* ait; 5) quo Juliani (361—363) anno, primo jam an demum secundo, rursus extorris Odyssopolin confugerit. His in quaestionibus, quas prolata testi-

15) *La narration de Theophane*, inquit Tillemontius, *se détruit evidemment d'elle même;* nimis profecto audacter.

monia non dissolvunt, argumentatio quaerenda aut conjectura capienda est idque collata diligenter ecclesiae Tyriae historia. Etiam, quo tempore Dorotheus Romae fuerit latinosque suos commentarios ibi conscripserit (asseverante Syngrammatis editore [16]), ignoramus. Et utinam sola haec ignoraremus! At, si historiam ecclesiasticam de Dorotheo consulamus, multo etiam plura nos ignorare apparebit.

Primum vero, si in historiis ecclesiasticis huc illuc circumspectamus, nullum auctorem Theophane antiquiorem invenimus, qui Dorothei cujusdam, qui Tyri episcopus [17]) fuerit, mentionem faciat. Silet *Hieronymus* in Catalogo ecclesiasticorum scriptorum; silet ejus continuator *Gennadius*; silet, id quod maximam nobis admirationem movere potest, *Eusebius* Caesareensis; *Paulini*, episcopi Tyri, cui libros suos *ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* et libros duos *περὶ τοπικῶν ὀνομάτων* nuncupavit (H. E. X, 1. Ep. ad Paulinum), familiaris, qui tempore persecutionis Diocletianeae (303 — 311) aliquamdiu Tyri degit (H. E. VIII, 7), qui, cum Paulinus ao. 315. paulo post redditam ecclesiae pacem basilicam dedicaret, ejus dedicationi interfuit ibique coram episcopo panegyricum habuit (X, 4), qui denique Synodo Tyriae, quo Athanasius ad causam dicendam venire jussus est, ao. 335. praesedisse dicitur. Et martyrii quidem Dorothei Eusebium nullibi meminisse mi-

16) *Ταῦτα — Δωρόθεος ἐν Ῥώμῃ γεγονὼς* (Cave mire: Romae positus; Fresne: cum Romae ageret) *διὰ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ἐν ὑπομνήμασιν καταλέλοιπεν* (l. l.). Idem iisdem verbis transiit in *Menologium* Gr. a Baronio citatum (14. April. 18. Kalend. Maji), quod Basilio imper. tribuitur et a Guil. Sirleto latine conversum est.

17) Dorotheus, Tyri presbyter (Martyrolog. Rom.), plane nullus est; *ὁ μέγας πρεσβύτης* (Syngr.) nomen episcopi est honorificum, quemadmodum etiam *Abbas* nuncupatur. „In bibl. Vaticana eumdem Dorotheum abbatem inscriptum invenimus; quod nec ignoravit *Petrus* in Catal., qui, dum eum allegat, abbatem appellat." Baron. Martyrolog. p. 848.

-rum non est; nam quomodo Dorothei, martyris coronam ao. 362 adepti, mentio fieri poterat in Historia Ecclesiastica (VIII, 13), quae tempus pacatum synodum Nicaenam praecedens non transgreditur, vel in l. de Martyribus Palaestinae, qui annos 303—310 complectitur, idque ab Eusebio, qui ipse medio seculo quarto diem suum pridem obierat? Hac certe in re inique agit Cavaeus in Anonymum istum, cujus impudentiâ hunc Dorotheum conflatum esse censet. Quid si comprobare possit, Eusebium ignorare quidem Dorotheum, Tyri episcopum, sed Dorotheum, qui posthac factus est Tyri episcopus, ipsi fuisse notissimum? —

Quamquam enim Dorotheus Tyrius, tum vita tum aetate exigente, probe distinguendus est a Dorotheo cubiculario (παῖς βασιλικός) Diocletiani vel Galerii Caesaris, de cujus martyrio v. Eusebii H. E. VIII, 6. cf. 1.[18]); a Dorotheo quodam, qui martyrium obiit sub Diocletiano (Chron. Paschale p. 277); a Dorotheo, qui, testibus Nicephoro Patr., Theophane aliisque, sub Valente ab Arianis feris objectus est Alexandriae; a Dorotheis archimandritis, de quibus Palladius in Historia Lausiaca; a Dorotheo denique Tyri episcopo, qui cum aliis Phoeniciae maritimae episcopis ao. 458. synodicis literis ad Leonem Imper. pro concilio Chalcedonensi subscripsit (Concil. Tom. II.[19]): — tamen ex Eusebii Historia Ecclesiastica occurrit nobis *Dorotheus* quidam, presbyter *Antiochenus*, cujus summa ac plane mirabilis cum nostro similitudo manifeste deprehenditur (VII, 32. Nicephor. Call. VI, 35). Eusebius, postquam Timaeum a Cyrillo epi-

18) Hunc cum Dorotheo Tyrio confudit Baronius, cum Antiochensi Blondellus; id quod vix egebat longa refutatione Valesii (ad H. E. VII, 32) et Tillemontii (Mémoires V. p. 185).

19) De aliis Dorotheis, quibuscum propter aetatis, loci vel etiam religionis differentiam vix ac ne vix quidem confundi poterit, v. Fabricii Bibl. Vol. VII. p. 452. s. (cf. Indic.) ed. Harless.

scopatu Antiocheno exceptum esse narravit, hoc Cyrillo episcopo[20]), inquit, *Δωρόθεον πρεσβείου τοῦ κατὰ Ἀντιόχειαν ἠξιωμένον τῶν τηνικάδε λόγιον ἄνδρα ἔγνωμεν.*[21]) *Φιλόκαλος δ' οὗτος περὶ τὰ θεῖα γεγονὼς, καὶ τῆς Ἑβραίων ἐπεμελήθη γλώττης, ὡς καὶ αὐταῖς ταῖς Ἑβραϊκαῖς γραφαῖς ἐπιστημόνως ἐντυγχάνειν. Ἦν δ' οὗτος τῶν μάλιστα ἐλευθερίων, προπαιδείας τε τῆς καθ' Ἕλληνας οὐκ ἄμοιρος, τὴν φύσιν δὲ ἄλλως εὐνοῦχος, οὕτω πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως· ὡς καὶ βασιλέα διὰ τοῦτο οἷόν τι παράδοξον αὐτὸν οἰκειώσασθαι, καὶ τιμῆσαί γε ἐπιτροπῇ τῆς κατὰ Τύρον ἁλουργοῦ βαφῆς. Τούτου μετρίως τὰς γραφὰς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διηγουμένου κατηκούσαμεν.* En utrumque, et Antiochenum et Tyrium, graecis literis imbutum, illum *λόγιον ἄνδρα*, hunc *ἐν λόγοις διαπρέποντα;* illum *φιλόκαλον περὶ τὰ θεῖα*, hunc *πολυΐστορα κατ' εὐφυΐαν;* ille, teste Eusebio, h e b r a i c a m quoque linguam addidicit, adeo ut ipsos etiam hebraicos codices peritissime legeret (quod certe non de multis praedicatur), hic, quae suis *ἱστορικαῖς συγγραφαῖς* consignavit, e graecis h e b r a i c i s q u e monumentis collegisse perhibetur. Huc accedit, quod temporum notatio neutiquam repugnat, immo favet conjecturae, Dorotheum nostrum, antequam Tyri fieret episcopus, presbyterum Antiochiae fuisse. Nam Dorotheus presbyter fuisse traditur temporibus Cyrilli, episcopi Antiocheni, qui quidem sedere coepit ab ao. IV. Probi usque ad XVII. Diocletiani (280 — 303). Quocunque igitur episcopatus Cyrilli anno presbyteri dignitatem nactus sit Dorotheus, utique idem esse potest cum Tyrio, qui jam primo anno Cyrilli

20) Nicephorus Callisti, qui ceterum relationem Eusebii cum quadam solius orationis varietate repetit: *Τυράννου τὴν ἐπισκοπὴν κληρουμένου* (inde ab a. 304, Dioclet. vicesimo, quo persecutio grassare coeperat).

21) Nimis acuti sunt, qui ex his verbis colligunt, Dorotheum Eusebii in literis sacris praeceptorem fuisse. Sic Trithemius, non repugnante Valesio. Nicephorus: *οὗ φησιν αὐτὸς ἀκουστὴν γενέσθαι τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον* (*ἀκουστὴν* male pro Eusebiano *κατηκούσαμεν*).

annum agebat quintum et vicesimum.[22]) Constat vero, quemadmodum presbyteri Tyrii ad episcopatum Antiochenum evehi solebant, sic presbyteros Antiochenos haud raro promotos esse ad episcopatum Tyri, quae erat Paraliae s. Phoeniciae maritimae, primae Antiochenae dioecesis provinciae, metropolis, Antiochenae sedis *πρωτόθρονος*. Exemplo est ipse Paulinus, qui, postquam aliquamdiu presbyter Antiochiae fuerat, episcopus Tyri factus est eamque ecclesiam tanta cum laude administravit, ut, testibus Eusebio (c. Marcellum 4.) et Philostergio (III, 15), pulso Antiochena sede Eustathio, ab Antiochenis evocatus, ad episcopatum usque Antiochenum adscenderet.[23]) Dorotheum autem Antiochenum Antiochiâ Tyrum translatum esse, eo quoque fit probabile, quod, favente Diocletiano, *Βαφείου* s. tincturae purpureae Tyriae procurator constitutus ac proinde Tyriis notus erat.

At vero, etiamsi ponimus, id quod per semet ipsum simillimum veri est, Dorotheum Antiochenum et Tyrium eundem esse, magnas in difficultates incurrimus. Existunt enim multae quaestiones, quas solutu difficiles esse non diffitemur, solvi vero posse non desperamus. Et prima quidem quaestio est, quaenam causa fuerit, cur Eusebius Dorothei episcopatum silentio praetereat ac nihil plane de eo scire videatur? Regerimus, non concludi posse ex silentio Eusebii ad Dorothei nostri fictionem; nam simili modo Eusebius Methodium quoque, episcopum

22) Assentire non possum iis, quae Tillemontius ait: „*Puisque Dorothée d'Antioche était prêtre avant l'an 303, prêchait et expliquait l'Ecriture, il n'est nullement aisé de croire, qu'il fut encore vivant en 362. De la manière même, dont Eusebe en parle dans son histoire, 35 ans avant Julien, il y a peut d'apparence, qu'il fut encore vivant.*"

23) Similiter Calandio, nesciis Antiochenis Constantinopoli ordinatus, Codonatum, quem sibi praefecerant, *εἰς Τύρον πρωτόθρονον Ἀντιοχείας μετενεθρονίασεν*, ao. Zenonis VII. (Theophanes p. 110).

Olympi Lyciae, deinde Tyri, nusquam in H. E. commemorat[24]), adversarium illum Origenis eximium, doctrinae Christianae contra Porphyrium Tyrium (m. 304) defensorem, quem Epiphanius collaudat, quem Hieronymus inter scriptores ecclesiasticos recenset quemque Eusebii tempora attigisse certissimum est. Latere quidem Eusebium Dorothei episcopatus non poterat, de quo fortasse alias dixit, sicut Paulini ad episcopatum Antiochenum translationem in H. E. reticet, in l. contra Marcellum refert, quam tamen, quippe paulo ante vel post concilium Nicaenum factam, jam in H. E. commemorare poterat. Altera quaestio est, cur neque Eusebius librorum a Dorotheo scriptorum mentionem injiciat, neque Hieronymus eum scriptoribus ecclesiasticis adnumeret? In Eusebio mirandum non est, qui Dorotheum tempore eo cognoveverat, quo ingenium ejus eruditioque necdum opera ab ipso scripta laudanda erant, quae probabiliter provectiori aetate, fortasse cum Odyssopoli vitam privatam ageret, elucubratus est. Hieronymus autem in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, quem ao. 392 (triginta annos post Dorothei martyrium) sexagenarius composuit, Eusebii H. E. praeprimis adjutus, CXXX scriptores[25]) laudat ac proinde, sicut amplius quadraginta alios, Dorotheum quoque omittere poterat, quem quidem si novisset, utpote studiorum eorundem communione sibi conjunctum, minime omisisset. Si qui de his, qui usque hodie scripserunt, inquit Hieronymus in prooemio Catalogi, a me in hoc volumine praetermissi sunt, sibi magis quam mihi debent imputare. Neque enim celantes scripta sua de his, quae non legi,

24) Non inscitia aut negligentia, ut videtur, sed propterea quod Origenem, cujus ipse studiosissimus erat, impugnaverat, v. Vales. ad H. E. VI, 33. n. 5.

25) Inter hos octo de scriptoribus canonicis, atque etiam Philonem et Josephum Judaeos, Senecam Stoicum.

nosse potui, et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum.

Quaestio est difficillima, quo tempore ante concilium Nicaenum (quo habito τὴν ἰδίαν παροικίαν κατέλαβε) Dorotheus episcopatum Tyri capessiverit, et quot anni, si episcopos Tyri, de quibus supersunt nobis certiora testimonia, consideramus, episcopatui Dorothei remaneant; ad quam quaestionem solvendam necesse est, ut historiam episcoporum Tyriorum brevi persequamur. Primus episcopus Tyri, cujus nomen compertum habemus, est *Cassius* (Κάσσιος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος), qui synodo de die Paschatis Caesareae, ut videtur, habitae interfuit, c. a. 198 (H. E. V, 25.[26]). Temporibus Decii Imperatoris (249—251) ecclesiae Tyriae praefuit *Marinus* (Μαρῖνος ἐν Τύρῳ), persecutioni superstes (ib. VII, 5). Sequitur *Tyrannio* (Τυραννίων), qui, Diocletiano et Galerio contra Christianos saevientibus, Antiochiae in mare demersus est, eodem fere tempore, quo Lucianus, presbyter Antiochenus (clar. c. 290), igne periit (H. E. VIII, 13. Niceph. VII, 16.), ao. 309. (Chron. Pasch. p. 279). Proximus, qui ab Eusebio nominatur, est *Paulinus* ille, ipsius ἐργοδιώκτης immodicis laudibus cumulatus, qui quo anno a presbyterio Antiocheno ad episcopatum Tyrium transierit, ignoratur. Scimus vero, eum ao. fere 315. ecclesiam ipso moderante magnifice instauratam Tyri dedicasse, porro eum ao. 318. concilio Caesareensi[27]), ao. 325. Nicaeno interfuisse, quo habito aliquamdiu superstes mansit (Theodorit. I, 6. Sozom. II, 18. Theod. Mops. apud Nicetam V, 7). Quo anno episcopatum Antiochenum ingressus sit, et quamdiu eum gesserit, controversum est. Nicephorus, Theophanes et Eutychius quinque annos ei assignant; at verisi-

26) Baluz. Nova Coll. Concill. p. 18.

27) Ib. p. 23.

millima est Philostorgii relatio, secundum quam Eustathius, vir orthodoxus, ao. 327 ab Arianis episcopatu Antiocheno depulsus est ejusque successor Paulinus, quem Arius suae sententiae patronum non injuria jactabat, per sex tantummodo menses munere functus, vitâ excessit, ao. 328.[28]) Paulinus igitur episcopus Tyri fuit usque ad a. $32\frac{3}{4}$, eumque jam aliquot annos ante 315. in hujus dignitatis gradu locatum esse, consequitur ex illo Panegyrico Eusebiano, in quo dicitur *πείρᾳ καὶ χρόνου μήκει ἕκαστον* (membrorum ecclesiae Tyriae) *ἀκριβῶς ἐξητακώς*: quae quidem in oratione verbis superlatis veritatemque exsuperantibus scatente non premenda propterea puto, quia, etiamsi Paulinus statim post martyrium Tyrannionis Antiochiâ Tyrum concessisset, superlatio quaedam remaneret.[29]) Cogimur vero ad intervallum certe bienii inter Tyrannionem et Paulinum ponendum, non solum ut Dorotheum, sed etiam ut Methodium, quem Hieronymus postremo Tyri episcopum fuisse aperte testatur, interjicere possimus. Et quidni, quaeso, in Tyrannionis Antiochiae necati locum *Dorotheus* Antiochenus, baphii Tyrii procurator, suffici poterat, persecutione Diocletiani adhuc durante, quidni paullo post episcopatum susceptum expelli, Odyssopolin deferri et, Licinio persecutionem renovante, prohiberi, quominus ad ecclesiam suam se reciperet? Quidni *Methodius* Dorotheo succedens, qui, teste Hieronymo, ad extremum novissimae persecutionis martyrio coronatus est, item loco mox dejici et in Chalcide Graeciae a persecutoribus deprehendi poterat?[30]) Hoc miros non

28) Errat Le Quien (Oriens Christ. II. col. 708), qui Paulinum Philogonio successisse censet; namque et Paulinus et Eustathius intererant synodo Nicaenae, cf. Eutychii Annales ed. Poc. p. 433. 445.

29) Hyperbolis Eusebii novas addit Nicephorus, a quo Paulinus nuncupatur *ἀμφὶ τὸ Φοινίκων ἔθνος διαπρέπων*, (ὅς) *πολλοὺς ἐν Τύρῳ νεὼς φιλοτίμως ἐπεσκευάσατο.*

30) V. *Leonis Allatii* de Methodiorum scriptis Diatribam,

habebit eos, qui noverunt, quot quantaeque in tempestatibus illis, quibus ecclesia intus et extra vexabatur, munerum ecclesiasticorum obtinebant mutationes atque vicissitudines. Restat difficultas alia, quae Dorotheum, tum temporis in Thracia extorrem, plane non tangit. Nam Epiphanius (Haer. LXIX, 4) refert, Alexandrum Alexandrinum ad impietatem Arii cohibendam literas dedisse praecipue *ἐν τῇ Φοινίκῃ Ζήνωνί τινι ἀρχαίῳ ἐν Τύρῳ*, quem episcopum Tyri fuisse inde evidenter apparet, quod inter episcopos Phoenices primus concilio Nicaeno subscripsit.[31]) Ergone duos simul Tyrus episcopos habebat, qui ambo Nicaeae aderant, quorum unus subscripsit, alter non subscripsit? unum orthodoxum, grandaevum ac spectatum, alterum ad partes Arianorum inclinantem suaeque ecclesiae, certe parti ejus, suspectum?? Paulinum Ario velificatum esse atque inter orthodoxiam et haeresin, falsae pacis studiosum, misere claudicavisse, perspicitur e literis Arii ad Eusebium Nicomedensem, in quibus Paulinum aliosque orientales episcopos suae doctrinae assentire ac propterea a n a t h e m a f a c t o s gloriatur[32]), porro ex literis Eusebii Nicomedensis ad Paulinum, in quibus eum admonet, ut doctrinam (Arianam), quam hucusque tacite foverit, audacius profiteatur acriusque, scribendo potissimum, tueatur ac propaget[33]), denique inde, quod Arius, a synodo Alexandrina ao. 321. excommunicatus, per internuncios a quibusdam episcopis, inter quos Paulinus, petiit, ut sibi sectatoribusque suis potestatem pro concione

31) Concill. General. T. II. p. 51.

32) *Ἐπειδὴ*, scribit Arius, *Εὐσέβιος, ὁ ἀδελφός σου ἐν Καισαρείᾳ, καὶ Θεόδοτος καὶ Π α υ λ ῖ ν ο ς καὶ Ἀθανάσιος καὶ Γρηγόριος καὶ Ἀέτιος καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν λέγουσιν, ὅτι προϋπήρχει ὁ Θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως, ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα μόνου Φιλογονίου* (episc. Antiocheni, quem insecuti Eustathius orthodoxus et Paulinus arianizans) etc. Nicephor. H. E. VIII, 9. Theodorit. I, 5.

33) Nicephor. VIII, 10.

docendi, quam adhuc usurpaverit, rite concederent.[34]) Fieri igitur poterat, ut episcopatus Tyrius, quo Paulinus, utpote συμφωνῶν Ἀρείῳ, indignus visus est, ab orthodoxis, praeeunte Alexandro Alexandrino, *Zenoni*, viro venerabili et exactae jam aetatis, adjudicaretur.

Nondum ad finem scrupulorum dubitationumque pervenimus; superest enim, ut, historia episcopatus Tyrii inde ab ao. 325. usque ad a. 362. (quo ao. Dorotheus Odyssopoli martyr factus esse dicitur) diligenter excussa, videamus, an Dorotheo locus aliquis relinquatur. Post concilium Nicaenum Paulinum aliquamdiu Tyri mansisse, donec Antiochiam evocaretur, jam vidimus; proximus episcoporum, quoad scimus, est *Paulus*, qui ao. 335, cum Constantini mandato ad causam Athanasii componendam synodus Tyri haberetur, insidiis illa malitiâque infamis, Arsenium, factionis Meletianae episcopum, quem occidisse ac mutilasse Athanasius accusabatur, Tyri inventum seque Arsenium esse pernegantem convicit.[35]) Post Paulum duos novimus ecclesiae Tyriae episcopos Arianorum haeresi deditos, quorum prior est *Vitalis*, qui ao. 347., cum Arianis Sardicâ Philippopolin secedens, epistolae haereticorum subscripsit[36]), posterior *Uranius*, qui in concilio Seleuciensi ao. 359. formulae fidei a Georgio Alexandrino et Acacio Caesareensi compositae subscri-

34) Nicephor. VIII, 11.

35) Haec non satis accurate refert Le Quien (l. l. col. 805), v. Athan. Opp. I. p. 182 Ben. Niceph. VIII, 48. 49. Theophanes p. 25.

36) „Vitalis episcopus a Tyro" (Le Quien col. 805), sub Decreto Synodi Orientalium apud Serdicam episcoporum a parte Arianorum, quod miserunt ad Africam (Hilarii Pict. Opp. col. 1324 ss. Ben. Labbei Concill. II. p. 711, a.). Intelligitur vero synodus pseudosardicensis, h. e. philippopolitana; Ariani enim „monstrum deforme Philippis in Thracia genitum honesto Sardicensis concilii nomine declararunt partumque matre adultera natum alienae uxori legitimae injuste supposuerunt" (Labbeus l. l.). Quare aequivoce loquitur Relandus (Palaest. p. 1054), qui Vitalem concilio Sardicensi subscripsisse dicit.

psit et propterea exauctoratus est.[37]) Hic an Tyria sede se abdicaverit, relatum non legimus; certe non diu pristinam dignitatem suam obtinuit. Nam ao. 368. concilio Tyanensi, 381. oecumenico Constantinopolitano intererat *Zeno*, ep. Tyri, a Meletio ordinatus[38]), cui (scilicet sub Valente Augusto) oppositus est *Diodorus*, ex antiquis catholicis vir (ut ait Rufinus) et tentationum documentis probatus, quem Paulinus, juxta Meletium Antiochenus episcopus, Tyriae ecclesiae praefecit, quod quidem exemplum duorum Tyri episcoporum diversas eodem tempore partes repraesentantium extra omnem dubitationem positum est.[39])

Haec cum ita se habeant, vacillare vel potius jacere videtur testium de Dorotheo fides. Siquidem non potest *Dorotheus* illico post concilium Nicaenum episcopatum Tyri recepisse; non potest ecclesiam Tyri usque ad alterum Juliani Parabatae annum rexisse; non potest continuo Tyri commoratus esse, ubi, cum per hoc tempus controversiae gravissimae agitarentur, profecto non poterat delitescere. At nihil impedit, quominus ponamus, eum, *Zenone* mortuo et *Paulino* Antiochiam translato, (fortasse auctoritate Sanctae Synodi, cui interfuerat) munus tempore persecutionis amissum recuperavisse, sed, postquam per aliquot annos eo functus est, episcopis ab Arianis deinceps intrusis cedere coactum esse, vel, quominus ad aliam conjecturam confugiamus, eum, exauctorato demum *Uranio*, episcopatum suum rursus esse adeptum. Huic conjecturae favet Synopsis prologus, in quo diserte dicitur, Dorotheum, post mortem Diocletiani et

37) *Οὐράνιος ἐπ. Τύρου* Epiph. haeres. 73., v. Le Quien l. l.

38) Sozom. VI, 12. Baronius hunc Zenonem (II) cum Zenone priore, qui conc. Nicaeno subscripsit, inscite confundit (Martyr. Rom. Jun. V.).

39) V. Le Quien Col. 805 s.

Licinii paroeciae suae restitutum, episcopum mansisse usque ad tempora Juliani, unde consequitur, cum annus, quo restitutus sit, sileatur, eum certe Juliani clandestina persecutione ingruente sedem episcopalem tenuisse; conjectura vero **prior** satisfacit *Theophani*, cui majorem, quam Procopio isti, auctoritatem tribuimus. Is cautius veritatique, ut quidem mihi videtur, convenientius dicit, Dorotheum, postquam, ex exilio reversus, synodo Nicaenae interfuit, *τὴν ἰδίαν παροικίαν* recuperasse (non definito tempore ejus recuperationis) et vixisse usque ad Julianum — id quod, nisi verisimile, certe non incredibile aut absurdum esse, inter credulitatem et incredulitatem medium tenentes, ex ipsa Tyriae ecclesiae historia demonstravimus. Neque igitur opus habemus, cum Martyrologio Romano[40]) episcopali dignitate Dorotheum exuere, repudiatis veterum testimoniis, quae supra protulimus: ad quod comprobandum *Baronius* fingit, Dorotheum presbyterum (eundem, de quo Euseb. VII, 26. Niceph. VI, 37) nunquam Tyri episcopum factum, sed Tyri solummodo natum et *Edessae*, non Odyssopoli martyrem mortuum esse.[41]) Atque etiam magis rejicienda est sententia *Bollandi*, qui alium Dorotheum ep. Tyri martyrem, alium presbyterum Antiochenum, alium auctorem rhapsodiarum puerilium de vitis prophetarum et discipulorum

40) „Tyri (passio) S. Dorothei **presbyteri**, qui sub Diocletiano multa passus et usque ad Juliani tempora superstes, sub eo annum agens septimum supra centesimum, venerandam senectam martyrio honestavit" (Jun. V.). Eadem fere testatur Baronius fusius legi in Chron. Anastasii Bibliothecarii (abbatis Romani c. 870 — 886, qui Chronographiam suam ex Chronicis Nicephori Patr., Georgii Syncelli et Theophanis concinnavit), ubi Dor. Edessae in Syria, centesimum **quintum** annum agens, sub Jul. Apost. martyrium consummasse perhibeatur. At Anast. textus excusus nulla in re a Theophane discedit.

41) Baron. Annales I. an. 88. n. 40. II. an. 283. n. 9. IV. an. 363. n. 39. Martyr. Rom. p. 347 s. Synopsin Baronius non ab hoc Tyrio, sed ab abbate Romano ejusdem nominis exiisse censet.

Christi esse opinatur, vel eorum, qui, velut *Carolus du Fresne*, Dorotheum Tyrium in rerum natura unquam fuisse negant.

At bene discernenda est quaestio de existentia alicujus Dorothei Tyrii episcopi et Odyssopolitani martyris a quaestione de authentia et antiquitate relationum, quas auctor Synopsis ex ejus commentariis transtulisse ait, qui quidem suppositi esse poterant ac pseudepigraphi, praesertim cum eos latine scriptos invenerit. Et quamquam non absonum est, Dorotheum latinam linguam calluisse, id quod de Gregorio quoque Thaumaturgo praedicatur[42]), tamen eum latine scripsisse persuadere mihi non possum. Quare conjicio potius, ejus commentarios, sicut *Ποιμένα* Hermae et *᾿Ανατροπὴν* Irenaei, jam antiquo tempore latinam in linguam conversos fuisse. Hanc versionem invenit Procopius, eamque pro archetypo habuit. Dorotheum vero Romae fuisse, utrum inde solummodo suspicatus fuerit an aliunde noverit, satius est in incerto relinquere.[43])

Ad authentiam vero relationum Synopsi comprehensarum quod attinet, partem de Prophetis a Dorotheo ep. Tyri profectam esse posse, collata prisca ecclesiae synagogaeque traditione, supra breviuscule ostendimus. Partes de XII apostolis et LXX discipulis Domini[44])

42) Euseb. H. E. VI, 30. Hieron. Catal. c. LXVI., ubi *Ῥωμαίων μαθήματα* (disciplinas Latinas) de jure potissimum civili intelligenda non nego.

43) Potest non minus verum esse, quam certum est, Porphyrium *Tyrium* ao. 264. e Graecia *Romam* venisse, Plotino adhaesurum. Potest etiam Romae sua *ὑπομνήματα* scripsisse, plane sicut *Hegesippus* (ex cujus *ὑπομνήμασι*, ut ex notis Combefisii ad Hippolytum de XX apost. apparet, complura hausit), qui, suscepto Romam itinere, in variis, quas peragravit provinciis, cum viris apostolicis colloquens ecclesiarum origines investigavit Romaeque fere per decennium commoratus est.

44) Textum earum authenticum dico; mirum est enim, quot quan-

itidem Dorotheum illum antiquum auctorem habere posse, facile concedes, si traditiones veteres inde a *Hegesippi* fragmentis ab Eusebio conservatis et duos libellos *Hippolyti* Synopsi simillimos contuleris, primum libellum s. indiculum *περὶ τῶν ιβ' Ἀποστόλων ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξεν καὶ ποῦ ἐτελειώθη*, qui Hippolyto tribuitur a Georgio Cedreno, Theodoro Metochita, Michaele Glyca et in Codd. Reg. 1820. Barocc. 206., deinde indiculum *περὶ τῶν ο' Ἀποστόλων*, nomen Hippolyti prae se ferentem in Cod. Barocc. 206. et in duobus Codd. Bibliothecae Coislinianae a Montfauconio descriptis.[45] Hos quoque commentariolos, posteriorem potissimum, Le Moyne, Combefisius, Du Fresne, Fabricius, utpote Hippolyto, Romani Portus episcopo, indignos, pro pseudepigraphis et ad Hippolytum Thebanum vel alium ejus nominis referendis habuerunt, honoris Patrum, ut mihi videtur, aequo studiosiores. Ego vero eos a Portuensi Hippolyto confectos esse posse et certe Synopsi antiquiores esse, contendere non vereor. Fortasse Dorotheus iis usus est et ἐπιλημψίμοις (Niceph. IV, 31) nova ἐπιλήψιμα adjecit.

* *
*

II.

DE PSEUD-EPIPHANIO.

His de Pseudodorotheo disputatis, libet nonnulla adjungere de Pseudepiphanio, Pseudodorothei paene

tasque conversiones commutationesque Synopsis sub manibus inscio-rum librariorum sciolorumque interpolatorum decursu temporum perpessa sit, adeo ut forma ejus genuina quasi obruta sit ac nonnisi critica solertia erui queat. Cf. Fabricii Bibl. VII. p. 458. not. et Lambecii Comm. Bibl. Vind.T. III. p. 49 — 58.

45) Edit. a Combefisio in Auct. nov. T. II. (Paris. 1648) et a Fabricio in Opp. Hippolyti (Hamb. 1716), adjectis notis Franc. Combefisii et Stephani Le Moyne; cf. Du Fresne ad Chr. Pasch. p. 486 s.

omnibus in rebus socio ac consorte, quippe qui totidem scriptiunculas ejusdem argumenti ac pretii confecisse perhibetur iisdemque probris ac contumeliis a pontificiis pariter atque orthodoxis doctoribus vexatus est. Contra hunc Cangius, Cavaeus, Petavius, Cotelerius, Ceillierius, Oudinus, Raineldus[46]) multique alii quasi uno ore declamitant; Huetius et Carpzovius (Introd.) Dorotheum Pseudepiphanii simiam faciunt; alii Pseudepiphanium pseudodorotheanam Synopsin compilasse suasque inde nugas corrasisse arguunt. Inusta est ei tam insignis infamiae nota, ut non sine dedecore atque ignominia causa ejus suscipi queat, praesertim cum tot tantique viri literarum ecclesiasticarum peritissimi fraudis mendaciique eum condemnaverint. At fortasse scriptori oppresso jam desperatoque ab omnibus opitulari possumus; fortasse judicium existimatorum illorum nimis acerbum ac malevolum mitigandum et relaxandum est aliquatenus; fortasse Pseudepiphanius ab Epiphanio Cypri episcopo non est tam alienus, quam plerique opinantur. Non diffido, me hoc probabile facere posse.

Priusquam vero hanc in rem diligentius inquiramus, dicendum est, quinam libelli Dorotheanae sive Procopianae Synopsis consimiles Epiphanio illi, ut dicitur, fictitio attribuantur. Hos deinceps enumerabimus. 1) *Τοῦ ἁγίου (ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν) Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν Προφητῶν πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται,* ed. ab Albano Torino 1529, a Joach. Zehnero 1612, a Dion. Petavio in T. II. Opp. Epiphanii 1622 (Paris. 1682 Coloniae) cum varietatibus Cod. Augustani multum discrepantis. Hoc opusculum exstat etiam, ut Du Fresne (ad Chr. Paschale p. 505) refert, in Cod. Paris. Reg. II. MDCCCCLI. fol. 228. scripto a. 1291. et

46) Censura Librorum Apocryphorum II. praelect. 188. 189.

ex Cod. veteris Romae, qui a. 759., ut annotatur, exaratus erat, desumpto. 2) Ejusd. περὶ τῶν δεκαέξ (ἓξ καὶ δέκα) Προφητῶν, (καὶ) πόθεν ἦσαν καὶ ποῦ ἐτελειώθησαν, Cod. Paris. Reg. II. MDCCCX. et anonyme in Cod. II. MCDXXXI. (Du Fresne l. l.). Idem libellus, ex priore, ut Lambecius (Comm. Bibl. Caes. Vindob. T. III. p. 198) refert, abbreviatus ab eoque tam respectu ordinis quam styli non mediocriter discrepans, continetur in Cod. Theol. Gr. Vindob. LXXXIX. Num. 24. 3) Ejusd. opusculum de **LXXII Prophetis et Prophetissis**, in quo praeter nuda nomina nihil reperitur, ed. ex Cod. Par. Reg. MVII. a J. B. Cotelerio in notis ad l. IV. Constitutionum Apostolicarum.[47]) 4) Τοῦ Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξε (καὶ περὶ) καὶ ποῦ ἐτελεύτησαν καὶ τὰ ἅγια αὐτῶν σώματα ποῦ κεῖνται Cod. Par. Reg. II. MDCCCCLI. fol. 233, cui quidem Syntagmati subjiciuntur nomina et episcopatus LXX Discipulorum. Teste Du Fresne (l. l. p. 437) nihil aliud fere continet, quod non habeatur apud Dorotheum, et seriem XII Apostolorum eandem informat cum illa, quae operibus praefigitur Oecumenii.[48]) 5) Huic Epiphanii opusculo subditur in eodem Cod. aliud, ejusdem forte Epiphanii, hoc titulo: Τὰ ὀνόματα τῶν γονέων τῶν ιβ' Ἀποστόλων καὶ τοῦ Μελχισεδέκ, ed. a J. B. Cotelerio ad Constit. Apostol. c. 194. Du Fresne ad Chr. Pasch. p. 437 s.

Haec sunt opuscula, quae in Codicibus Epiphanio adscribuntur et a viris literatissimis unanimi, quoad ego scio, consensu pro spuriis et pseudonymis habentur.[49])

47) Hoc et sequentius (Nr. 2 et 3) in Codd. conjungi solent, v. Fabric. Bibl. Tom. VIII. p. 272 not.

48) Ex hoc opusculo quaedam hic illic adducit Cotelerius in Notis ad Patres Apostolicos c. 262. 297. 358.

49) Fabricii Bibl. Tom. VIII. p. 271 ss.

Ad tria posteriora quod attinet, quorum tantummodo duo integra edita sunt (Nr. 3. 5.), origo singulorum Epiphaniana unius solius Codicis testimonio nititur, quod sane parum valet contra antiquitatem de his scriptiunculis silentem. Quare primum de his tribus a Cotelerio et Oudino (l. c. 538) tanquam opella Epiphanio indigna rejicitur; cur eo indigna sit, non video, nec tamen habeo, quo jure eum istius indiculi auctorem esse pronunciem. Alterum poterit esse traditionum ecclesiasticarum de apostolis collectio ab Epiphanio facta et propter rerum similitudinem collectionibus Hippolyti et Dorothei etiam dictione simillima; at unius Codicis suffragium non sufficit, standum est igitur Cangii et Cavaei judicio, qui hoc quoque opusculum suppositum et ex synopsi Dorotheana compilatum esse dictitant. Postremum denique, libri Athanasiani item suspecti ac plane anilis[50]) par ac simile, ne nomen quidem Epiphanii fert, sed a Cangio adscribitur Epiphanio, ut ei rursus abjudicetur. Missis igitur his, ad duo priora nos convertimus.

Haec duo compluribus in Codd., quorum unus, ut vidimus, ex perantiquo exemplari seculi octavi medii desumtus est, inveniuntur, Epiphanii nomine inscripta. Nemo autem non videt, eorum opusculorum uni cum altero summam intercedere necessitudinem. Alterum enim, quod de XVI prophetis agit, prioris epitome est ac proinde in Codd. Epiphanii nomen modo gerit modo non gerit. Haec vero duplex ejusdem libelli editio mirum habere non poterit eum, qui reputaverit, ipsum Epiphanium sui Panarii *Ἀνακεφαλαίωσιν* condidisse et Anastasium libri ejus *περὶ τῶν ιβ' λίθων*, quem genuinum esse vix dubitari potest, epitomen confecisse.[51]) Epitomator libri *περὶ*

50) *Διατί ἐκλήθη ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος* (Opp. II. p. 239. ed. Bened.), v. Cave I. p. 195. Oudin. I. c. 344 ss.

51) Plane sicut ex Epiphanii Panario librum suum de haeresibus

τῶν Προφητῶν quisnam sit, non constat, nec magni refert. Summa igitur quaestio haec est, utrum hic ipse liber de prophetis Epiphanii sit an cujuspiam Pseudepiphanii, qui vel ipse illum se esse finxerit vel totus fictus sit a librariis.

Quam ad quaestionem recte responderi nequit, quin prius Pseudepiphanii cum *Pseudodorotheo* accurata collatio instituatur diligenterque exquiratur, quaenam inter eorum de prophetis opuscula ratio intercedat. Hanc collationem, iterata saepius lectione ponderatisque vel singulis utriusque vocabulis, institui et haec inveni partim amborum communia partim alterutrius singularia: 1) Differt eorum opusculorum propositum ac proinde ambitus: nam Dorothei consilium latius patet, quam Epiphanii; ille vitae uniuscujusque prophetae praemittit adumbrationem characteris ejus, ut ita dicam, christologici[52]), oratione satis ampla conceptam, cui quasi appendicis loco vitam subnectit, hic in solis vitis prophetarum enarrandis versatur. 2) Differt numerus prophetarum, de quibus agunt: nam Epiph. agit de XXII prophetis V. T. et III N. T. (in compendio inedito solummodo de XVI

excerpsit *Jo. Damascenus*. Quare Damasceni liber in Cod. Vindob. inscribitur *Τοῦ μακαρίου Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου διήγησις σύντομος κ. τ. λ.*

52) Ejusmodi *ὑποτυπώσεις* librorum propheticorum etiam peculiaribus libellis comprehendi solebant. Talis est Eusebianus, quem Curterius edidit et quem Athanasius, qui dicitur, auctor *Συνόψεως ἐπιτόμου τῆς θείας γραφῆς*, totum huic ipsi intexuit; talis Epistola Hieronymi ad Paulinum Presbyterum de omnibus divinae historiae libris. Si quis vero suspicetur, Dorotheum hujus solius adumbrationis auctorem esse, non vitarum: obstat disertum Procopii testimonium, secundum quod Dorotheus etiam *ἱστόρησεν, ἔνθα ὁ καθεῖς τῶν προφητῶν τὸν βίον ἐτέλεσεν* (Cave I. l. p. 164) *καὶ ὅτιπερ Ἱερεμίας ἱερεὺς ὢν καὶ προφήτης θείῳ πνεύματι προθεωρήσας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ αἰχμαλωσίαν μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰωσίου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίας, ἄρας τὴν σκηνὴν Μωσαϊκὴν καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κ. τ. λ.* (Cave p. 169 s.), quibuscum cf. vitam Jeremiae Chr. Pasch. p. 157.

V. T.), Dor. vero secundum Chronicon Paschale de XIX V. T., sec. versionem Musculi de XXIII V. T. 3) Differt etiam ordo prophetarum: nam Epiph. in prophetis, quorum libri in canone exstant, ordinandis magis hebraicum codicem, in ceteris chronologiam sequitur; Dor. in illis alexandrinae versioni totum se applicat, ceteros postponit.[53]) 4) Differt quodammodo dictio, quae, ut plurimum his in opusculis gemina ac similis, habet tamen hoc diversitatis, quod Epiph. Dorotheo passim est verbosior ac copiosior. Quae Dor. strictim attigerat breviterque narraverat, Epiph. pluribus verbis dicit longiusque, additis glossematibus illustrantibus, producit (e. c. in vitis *Ναούμ* et *Σοφονίου*), ita ut Epiphanii textum secundarium vel certe libello Dorotheano non antiquiorem esse per omnes dictionis varietates perluceat. 5) Differt nonnullis in vitis rerum dispositio: nam Epiph. res in vitis *Ἀβδίου* et *Ἰωνᾶ* narratas, quas Dor. non bene disposuit, meliorem in ordinem convenientius temporum no-

53) Ordo prophetarum in Chronico Paschali Dorotheanus est hic: *Ἠλίας* (p. 146 s., cujus descriptio nescio cujus culpâ huc translata est, vita enim, quacum arctissime eam conjungi oportet, infra p. 161. sequitur); duodecim prophetae minores; quatuor majores: *Ἠσαΐας*, *Ἱερεμίας*, *Ἰεζεκιήλ*, *Δανιήλ*; *Ἠλίας ὁ Θεσβίτης*; *Ἐλισσαῖος*; *Ζαχαρίας ὁ υἱὸς Ἰωδαέ*. In textu lat. Bibl. Patr.: Duodecim prophetae minores; quatuor majores; *Elias; Elisaeus; Zacharias f. Joadae; Nathan; Achias ex Silo; Joath; Azarias:* quorum quidem quatuor vitae utrum ab ipso Dorotheo an ab interpolatore quopiam recentiore adjectae sint, satius est in incerto relinquere, praesertim cum ne de Codice quidem, ex quo Musculus vertit, aliquid compertum habeamus. Ordo *Epiphanianus* hicce est: *Ναθάν*; *Ἀχίας ὁ Σηλωνίτης*; *Ἰωάμ*; *Ἀζαρίας*; *Ἠλίας*; *Ἐλισσαῖος*; tres prophetae majores; *Δανιήλ*; duodecim prophetae minores; *Ζαχαρίας υἱὸς Ἰωδαέ, πατὴρ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ*; *Σιμεών*; *Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής*, quo aptissime (v. Mat. 11, 13. Luc. 7, 28) prophetarum concluditur series. Quare tres vitas postremas ad N. T. pertinentes, quas insequitur epilogus, ab ipso auctore opusculi optime dispositi additas esse, non est quod dubitemus. Consentiunt vero Epiph. et Dor. in eo, quod in prophetis minoribus ordinem LXX Interpretum servant, de quo v. Hieronymum in procemio Joëlis.

tationi distribuit. 6) Differunt denique aliquatenus res ipsae: nam, excepta vita Jeremiae, in qua (id quod mirum) Dor. longior est et fabulam de reliquiis prophetae per Alexandrum Macedonem Alexandriam translatis solus narrat, Epiph. in rebus quoque plura praebet, quam Dor., quem multis in locis supplet. Epiphanii propria sunt, quae narrat de tumba Ezechielis in Syria, de signo Habacuci Judaeam habitantibus dato, de hymno Aggaei et Zachariae, de vaticinio Hoseae *ἀγράφῳ;* hic solus Amosum Jesaiae patrem fuisse diserte dicit[54]) et Cyri victoriam de Croeso et Astyage a Zacharia praedictam esse refert. Hic solus Zachariam, *τῶν δώδεκα* penultimum, filium Barachiae[55]), et Zachariam f. Jojadae, quem Dor. a Joaso

54) Fabula insulsa, quae *Amosum*, commutatis nominibus אמוץ et עמוס propter formam alexandrinam amborum concinentem *Ἀμώς*, patrem Jesaiae esse comminiscitur, jamjam a Clemente Alexandrino quasi dubitationis expers profertur, Stromata p. 389 ed. Oxon. *Ἀμὼς καὶ Ἠσαΐας ὁ υἱὸς αὐτοῦ.* Rejicitur autem a *Cyrillo Alex.* (Opp. T. III. p. 247: *ἐπισημήνασθαι δὲ κἀκεῖνο οἶμαί που χρήσιμον, ὡς ἕτερος ἦν Ἀμὼς ὁ Ἡσαΐου πατήρ*), et ab *Hieronymo* (Pr. in Amos.), ut commentum ex hebraicae linguae inscitia ortum; nihilominus recoquitur a Ge. Cedreno, Synopsis p. 107. Fortasse haec quoque opinio judaicae traditionis perversione conflata est, v. Lev. Rabba c. 6. (עמוס היה נביא בן נביא), favente temporum calculo (v. Eusebii libellum *περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν Προφητῶν ὀνομασίας* § 2. 13. ed. cum Procopii comm. in Esaiam a Curterio Paris. 1580. fol.).

55) Cum tamen, quae Mat. 23, 35. Luc. 11, 51. de Zacharia f. Barachiae dicuntur, judaicam traditionem partim approbans partim pervertens, de Zacharia f. Jojadae praedicet. At Epiph. etiam in hujus vita nil recens commentum, sed traditionem ecclesiasticam secutum esse, nescire videntur ii, qui cum Petavio Pseudepiphanio „sexcentas mendaciorum nugas“ objiciunt. Audi modo tres patres quarti seculi ac proinde Epiphanii aequales. Primum **Basilium Magnum**, qui in homilia *εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν* ait: *δηλοῖ δὲ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ἱστορία, ὅτι μέχρι παντὸς παρθένος ἡ Μαρία. λόγος γάρ τίς ἐστι, καὶ οὗτος ἐκ παραδόσεως εἰς ἡμᾶς ἀφιγμένος, ὅτι ὁ Ζαχαρίας, ἐν τῇ τῶν παρθένων χώρᾳ τὴν Μαρίαν κατατάξας μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου κύησιν, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κατεφονεύθη μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐγκληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ, ὡς διὰ τούτου κατασκευάζων τὸ παράδοξον ἐκεῖνο καὶ πολύμνητον σημεῖον, παρ-*

rege Judae juxta altare interfectum narrat, Joannis Baptistae parentem esse perhibet, a rege Herode eo ipso in loco interfectum. His fere in rebus differunt opuscula illa, quorum est ceterum tanta, quanta ovorum, inter sese similitudo.

His expositis, quaestio suboritur difficillima. Nam cum opusculorum eorum duorum, quantumvis, ut vidimus, aliquot in rebus discrepantium, tamen idem sit quasi stamen, atque insuper Epiphanius librum Dorotheanum ante oculos habuerit eumque expoliisse ac supplevisse videatur, non vice versa: quaeritur, quomodo libri Dorotheani a Procopio, presbytero C. P., c. a. 525. e Latino in Graecum conversi textus graecus praesto esse potuerit Epiphanio Salaminensi, qui jam ao. 403. pergrandis natu obiit? Nullo enim modo tanta in verbis sententiisque consensio fortuita esse potest, neque multum proficimus ariolando, vel Dorotheum et Epiphanium e communi fonte hausisse, vel Procopium in vertendo Dorotheo Epiphanium graecum adhibuisse, vel Epiphanii textum a librariis cum Dorotheano esse confusum, sed certum est, aut Dorotheum Epiphanii aut Epiphanium Dorothei esse imitatorem. Solum autem hoc posterius admitti potest. Atqui si textum graecum libelli Dorotheani ad Procopium referendum esse dubitatione caret, opusculum Epiphanii suppositum et pseudonymum esse evidentissime apparet,

θένον γεννήσασαν καὶ τὴν παρθενίαν μὴ διαφθείρασαν. Sequitur *Chrysostomus* in hom. LXXV. in Matthaeum: *Τίς ἐστιν ὁ Ζαχαρίας οὗτος; οἱ μὲν τὸν Ἰωάννου πατέρα φασιν· οἱ δὲ τὸν προφήτην· οἱ δὲ ἕτερόν τινα διώνυμον ἱερέα, ὅν καὶ Ἰωδαὲ φησιν ἡ γραφή.* Denique Hieronymus ille sobrius et hebraice doctus lib. IV. in Matth.: „Alii Zachariam patrem Johannis intelligi volunt, ex quibusdam Apocryphorum somniis probantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris praedicarit adventum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Alii istum volunt esse Zachariam, qui occisus est a Joas rege Judae inter templum et altare, sicut Regum narrat historia."

et, si in eo vindicando desudare vellemus, profecto et operam et oleum essemus perdituri.

Verum enimvero syntagma Dorothei de Prophetis non esse, sicut cetera, a Procopio translatum, his argumentis evinci posse mihi videtur: 1) quia *Cosmus Indicopleustes*, qui suam *Χριστιανικὴν Τοπογραφίαν* c. 535—547 conscripsit, characteres christologicos, quos Dorotheus singulorum prophetarum vitis praemisit, verbatim descriptos, Dorothei nomen silens, quinto Topographiae libro intexuit, quo praesupponitur, syngramma Dorotheanum jam pridem graece exstitisse publicique juris factum esse.[56]) 2) quia Procopio tanquam translatori in Codd., quoad ego scio, prorsus non attribuitur. Plerique enim Codices nonnisi syntagmata de LXX discipulis, de Byzantinis episcopis et de XII apostolis continent, quae quidem ipse Procopius in singulorum epilogis graece se interpretatum esse profitetur; contra syntagma de Prophetis nusquam singulari vel prologo vel epilogo interpretis instructum reperitur.[57]) 3) quia ex Procopii ad syntagma de XII apostolis epilogo, in quo complura a Dorotheo in ejus *ἱστορικοῖς συγγράμμασι* itidem narrata rhapsodice profert[58]), necessario sequitur, Procopium has partes scriptorum Dorotheanorum (quas non appellat

56) Montfaucon Collect. Nova II. Fortasse etiam ceterorum prophetarum, qui in Syngrammate omissi sunt, descriptio indole ac dictione simillima ex historicis Dorothei *ὑπομνήμασι* desumta est.

57) V. de Codd. Synopsis Oudinum et Fabricium l. l.

58) Cave l. l. p. 169. *Εὕρομεν δὲ* (adde *καὶ*) *ταῦτα ἐν τοῖς ἱστορικοῖς συγγράμμασιν τοῦ προλεχθέντος θείου ἀνδρὸς Δωροθέου, ὅτι Συμεὼν ὁ Κυρηναῖος ἐσταυρώθη ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ* (cf. Fabric. B. Gr. VII. p. 453. not. de Cod. Montfaucon. CCXXIV.) *καὶ ὅτιπερ Ἱερεμίας κ. τ. λ. καὶ* (*ὅτι*) *ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος κ. τ. λ.* (qua in historia Dorotheus rursus traditionem ecclesiasticam sequitur, v. Nicephor. 1, 20. et quae refert Cedrenus f. 151). Pro *εὕρομεν δὲ* etc. in Cod. Vindob. XXXIV. legitur: *ἔφησεν δὲ ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ὁ δηλωθεὶς ἱερὸς Δωρόθεος, ὅτι καὶ Σίμων ὁ Κυρηναῖος. ὑπὲρ Χριστοῦ σταυρωθεὶς ἀναιρεῖται* (Oudin l. c. 1385). En quantum librarii sibi indulserint,

2) Synopsin jussu Epiphanii Patriarchae C. P., quem ne nominat quidem Procopius, scriptam esse valde dubium est et, si epilogum Procopii ad *Σύγγραμμα περὶ τοῦ Βύζαντος*, quod solum ad principatum episcopi C. P. vindicandum conflatum esse potest, diligenter perpenderis, prorsus improbabile. 3) Procopium tractatus de Prophetis, e quo toto ἡ *παράδοσις* resonat, auctorem esse falsum est et, nisi librum talem, qualis est Epiphanianus, ab eo exscriptum putes, plane incredibile; eum vero hujus tractatus latine inventi interpretem esse nullo, ut demonstravimus, antiquitatis testimonio confirmatur. Accedit, quod omni verisimilitudine caret, Synopsin, cui Procopii nomen diserte subscriptum est, decursu temporis Epiphanio Cypri episcopo ex Epiphanio C. P. efficto attributum esse, uno errore cum altero commutato, vel speciatim Syntagma de prophetis primum (nescio a quonam et ubi) Procopio, deinde false Epiphanio C. P., denique item false Epiphanio Salaminensi *adjudicatum* esse. Sic conjectura Oudini in nihilum, ex quo emersit, recidit. Conjecturam propter minorem temeritatem anteponendam proponit *Joach. Zehnerus*, qui et ipse Epiphanianam libri originem negat et, cum ejus cum Dorotheano summam similitudinem cerneret et simul aliquam unius ab altero discrepantiam negare non posset, alium ex his angustiis exitum quaesiit. Prolatis argumentis, quae librum suppositum esse evincant, modestissime sic pergit: „Quamobrem non immerito suspicari quis poterit, Epiphanii titulum a recentioribus praefixum, ut libro aliquam antiqui-

ιβ' προφητῶν (summariis singulorum capp. librorum propheticorum), quod auctorem habet Hesychium, presbyterum Hierosolymitanum (c. 415, m. 438). Capitula vero historica *Anonymi* sunt (scilicet anonymi compilatoris), quare Joach. Zehnerus, Pseudepiphanii editor („ex illa Lutherana et Pastoritia faece“, ut eum calumniatur Petavius), ea non tanquam Hesychiana citare debebat. Alium in errorem lapsus est Jo. Franc. Buddeus in Isagoge Historico-Theologica p. 1262.

tatis speciem atque auctoritatem paulo majorem conciliarent: nisi potius hunc primum Ebraico idiomate conscriptum ac posterioribus annis a diversis interpretibus in Graecum sermonem translatum fuisse statuamus: quam sententiam tanto verisimiliorem arbitror, quanto propius orationis filum ad Ebraicae linguae proprietatem accedit." At vero haec quoque Zehneri sententia tota opinabilis est omnique veritate destituta. Nam 1) nullum vestigium nobis reliquum est libri ejusmodi hebraici aut aramaici, quin opuscula Dorothei et Epiphanii tota indole, oeconomia ac partim etiam materia a literarum judaicarum veterum natura prorsus abhorrent.[62] Quodsi primus harum traditionum propheticarum collector e hebraicis fontibus hausit, non, id quod multo verisimilius est, e graecis potissimum apocryphis, certo non librum, quo jam collectae exstabant, transtulit, sed longe lateque per varia opera dispersas ac partim in ore tantummodo populi vigentes in unum corpus collegit. 2) nullus doctorum ecclesiae, si Originem et Hieronymum ac fortasse Dorotheum et Epiphanium excipias, hebraice tam doctus fuit, ut librum hebraicum non canonicum (ad canonica enim vertenda plura suppetebant adminicula) transferre posset.

Secundum argumentum contra authentiam libri Epiphaniani proferri solitum his verbis confidentissime elo-

62) V. de *Hagadae* historicae veteris natura ac forma *Zunz*, Gottesdienstl. Vorträge der Juden Cap. VIII. Nullo in monumento hagadico tam systematicam dispositionem invenimus. Tres tantummodo libri aliquatenus similes deprehenduntur: 1) מגלת יוחסין, liber deperditus, qui generalogias et memorabilia gentilitia continebat; 2) סדר עולם זוטא, liber seculo VIII. non antiquior, in quo prophetae quoque singularum aetatum nominantur; 3) ס' הישר, historia fabularis a creatione Adami usque ad ineuntia Judicum tempora. Nondum quisquam usque ad hunc diem traditiones judaicas de prophetis composuit; contra Muhammedani suas de prophetis traditiones saepius collegerunt, velut Al-Bastâmi in l. فوائح المسكيّة atque alii.

quitur Petavius[63]): „Librum de Vita Prophetarum ψευδεπίγραφον esse, sexcentae mendaciorum nugae persuadent, quibus ille refertus est.“ Oudinus, qui eidem sententiae favet, has nugas subcontumeliose talmudica somnia vocitat totumque librum Talmudistarum somnia recinere ait[64]) — quod si verum esset, tanto firmior animi confisione Epiphanium Salaminensem (qui solus tuor hebraicarum δευτερώσεων genera recenset Haer. XXXIII.[65]) pro auctore eoque fideli veterum traditionum relatore haberem; nam, sicut Targumim et N. T., Koranus vel Sunna et Hagada, sic etiam Patres et Gemara multis in rebus concinunt, quas ex hoc ipso consensu non recens effictas, sed antiquitus traditas perspicitur. De nugis vero, quas Petavius Pseudepiphanio exprobrat, jam supra, cum de Pseudodorotheo ageremus, disseruimus; certe negari nequit, alios quoque ecclesiae doctores, qui columnarum nomine digni existimantur, in operibus minime ἀμφισβητουμένοις pariter nugatos esse pariterque somniasse. Quemadmodum igitur *Consalus Ponce de Leon* Physiologum Epiphanii tanquam nihil, quod non item apud ceteros ejusdem argumenti scriptores reperitur, continentem defendit[66]), sic etiam opusculum *de Vita* Prophetarum defendi potest. Epiphanius refert ea, quae tradita a majoribus invenerat et quae forsitan ne ipse quidem omnia pro veris sincerisque historiis habebat

63) In praef. ad T. II. Opp. Epiph. Similiter *Ellies Du Pin* (Nouvelle Bibl. II. p. 297.): *Le livre de la vie et de la mort des Prophetes est un Recueil d'une infinité de fables et de contes, que l'on ne peut attribuer à S. Epiphane, sans le faire passer pour un Visionnaire.*

64) Comm. de Script. Eccles. I. c. 532 s. Similiter *Ceillier*, Histoire T. VIII. p. 819: *rêveries digne de Talmudites; aussi croit-on ce Livre l'ouvrage de quelque Juif.*

65) Epiph. Opp. ed. Petav. Tom. I. p. 224. cf. 332.

66) Opp. ed. Petav. II, p. 188.

; etiamsi his omnibus, quae, hic illic per errorem la-ius, refert, fidem tribuerit, non tamen eo indignum vel › ejus indole remotum hoc opusculum censeo. Epipha-ium illum πεντάγλωττον antiquitatumque, imprimis eccle-iasticarum, callentissimum, in narratiunculis nullo habito iscrimine admittendis nimis facilem et in temporibus istinguendis parum accuratum fuisse, quis ignorat? Erat ir antiquus, simplex, divinae veritatis amicus, sed si-nul nimis credulus, parum suspiciosus, diacrisis subtilio-is expers. Hinc in operibus ejus tot fabulae, tanta sub-nde hallucinatio tamque incredibiles vel in historia suo-um temporum errores[67]), ut opusculum de Prophetis, quod, quantumvis fabulis scateat, cum sui similibus incu-nabula ac rudimenta disciplinae isagogicae repraesen-tat, nihil vel ad vituperationem ejus addere vel de gloria ejus detrahere possit.

Tertii argumenti, quod a patrum silentio desumtum est, interpres esto Zehnerus. „Num genuinus", inquit, „scripti hujus sit auctor, valde ambigo. Neque enim in operibus ejus id usquam reperitur, nec a quoquam e Patribus memoratur, quos tamen cetera Epiphanii monumenta (utpote *Πανάριον*, Ancoratum, *Ἀνακεφαλαίωσιν*, et tract. de mensuris ac ponderibus, nec minus ejusd. Physiologum et alterum libellum de XII gemmis in rationali Aaronis) magni fecisse et crebro allegasse constat". Respondemus: Verum est, neminem Patrum libri de Prophetis mentionem facere, at inde ad ejus *νοθείαν* fieri non potest conclusio. Audi modo, quae in Catal. Scriptorum Ecclesiasticorum de Epiphanio dicit Hieronymus: Epiphanius Cypri Salaminae Episcopus scripsit adversum omnes Haereses libros et *multa alia*, quae ab eruditis propter res, a simplicio-

67) Id quod ab iis ipsis, qui l. de Proph. pseudopigraphum esse dicunt (velut a Cavaeo, Oudino etc.), ambabus manibus conceditur.

ribus propter verba lectitantur. Superest usque hodie, et in extrema jam senectute (Sophron. τελευτᾷ ἐσχατόγηρως) varia cudit opera. Hic sciscitor, si Πανάριον et Ἀγκυρωτὸν[68]) cum Panarii Ἀνακεφαλαιώσει demas (nimirum haec librorum adversum Haereses nomine complecti videtur Hieron.), quaenam sint illa „multa ac varia opera", quae praeterea Epiphanius composuit? Remanent: 1) l. περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν; 2) l. περὶ τῶν ιβ' λίθων (de lapidibus), Diodoro ep. Tyri (non Tarsi) inscriptus[69]) et ab Hieronymo ac Facundo ad Epiphanium auctorem relatus; 3) l. εἰς τὸν Φυσιόλογον, qui est inter ἀμφισβητούμενα et neutiquam, ut Zehnerus fingit, a Patribus crebro allegatur. Atqui haec tria, assumtis paucissimis illis, quae, cum a veteribus citentur, relicta nobis non sunt, multa ac varia dici non possunt. Necesse est igitur, ut Epiphanius alia quoque scripserit et ante et post absolutum Hieronymi Catalogum[70]), neque ego video, quidni cum alia quaedam in Codd. latentia itemque a veteribus silentio praetermissa, tum opusculum de Prophetis horum in numero esse possit. Quodsi vero hoc ab Epiphanio exacta jam aetate, certe post a. 374, elaboratum est, minime mirum nobis videri debet, quod neque ab ipso in operibus istis majoribus, neque ab Hieronymo usquam commemoretur, cui plane ignotum mansisse puto.[71]) Cur

68) Haec duo scripta sunt annis 373 — 374. Suidas (ex Sophronio): κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, ἃ Πανάρια λέγονται. At Photius: Ἀγκυρωτὸς σύνοψις ὥσπερ τῶν Παναρίων ὑπάρχουσα.

69) Le Quien, Oriens Christ. T. II. c. 805 s.

70) H. e. a. 392; mortuus est autem Epiph. ao. 403, Hieron. ao. 4$\frac{1}{2}\frac{9}{0}$.

71) Etiam l. περὶ λίθων Hieronymus certo ignorasset, nisi ipse Epiphanius hunc ei dono dedisset. Hieronymus in XXIIX. Ezech.: Super quibus (lapidibus) et vir sanctus Epiphanius Episcopus proprium volumen mihi praesens tradidit. Quam difficile fuerit, libros ejusmodi sibi comparare, inde

ne ab alio quidem ante medium aevum[72]) ejus mentio fiat, variae causae esse possunt, quas enumerare nolumus, ne legentes fallacibus conjecturis moremur. At quantumvis nullum Patrum adducere possim, qui opusculum Epiphanii alleget, habet tamen momenti aliquid, quod Anonymum Hoeschelii (v. vitam Hoseae) eo usum esse apparet Byzantinorumque scriptorum aliquot, quos supra nominavimus, eo usi videntur.

Accedimus nunc ad quartum argumentum a genere dicendi petitum. „Tum etiam quilibet", inquit Zehnerus, „vel mediocriter in Epiphanii lectione versatus utrobique ingentem styli dissimilitudinem animadvertet." Ecce projectam neotericoque critico haud indignam viri boni audaciam! Quod Zehnerus simpliciter affirmat, rationibus exemplisque omissis, id ego simpliciter nego, hoc unum monens, librum de Prophetis librorum περὶ τῶν λίθων et εἰς τὸν Φυσιόλογον tum oeconomia esse simillimum tum genere dicendi non dissimilem. Atqui fieri plane non potuit, ut id, quod in dictione Epiphaniana maxime proprium est, hoc in opusculo conspiciendum se praeberet. Namque 1) collectio est παραδόσεων haereditarie propagatarum, quae quidem, firmam stabilemque dictionis formam jam pridem nactae, servata et materia et forma, memoriae prodendae erant[73]); 2) Epiphanii opusculum ex

conjicere licet, quod Augustinus (ut ex praef. libri ejus de Haeresibus ad Quodvultdeum apparet) solam Epitomen Panarii vidit.

72) Zehnerus p. 3. (cf. 83): Certe *Hugo Cardinalis* (in Daniel. 4, 22) circiter annum Christi 1240, libri hujus mentione facta, ejus auctorem non temere, interjecta voce disjunctiva, Epiphanium SIVE Magistrum in historiis appellavit: hac ratione lectoris arbitrio permissurus, num scripti hujus originem ad Epiphanium vel ad quemcunque alium historiographum referre malit.

73) Quantopere in ejusmodi rebus, de quibus traditio consentit, narrandis vel dictio consentiat, perspici licet (si exemplum cupis) ex eo, quod de Thoma apostolo iisdem fere verbis narrant *Hippolytus*, *Dorotheus* et *Sophronius*, Catalogi Hieronym. interpres (Θωμᾶς ὁ

Dorotheano, ut vidimus, compilatum vel potius exscriptum est. Hujus exemplum nescio qua fortuna ipsi oblatum Epiphanius passim correxit, auxit aliterque disposuit; hac ratione subortum est opusculum Epiphanianum, quod est Dorotheani nonnisi locupletata et (ex Epiphanii consilio) emendata recensio vel editio. Si quis nostris temporibus cujuspiam librum ita suum faceret, plagii eum accusaremus et jure quidem; at de ea re mitius et indulgentius sentiebat tota antiquitas, quae possessionem scriptoris non tam sacrosanctam habebat, manuscriptorumque raritas et caritas huic improbando mori aliena sibi vindicandi favebat et obtentui erat. Haec vero Dorotheani libri usurpatio tantum abest, ut Epiphanii moribus repugnet, ut ex asse iis respondeat. Nam *1)* constat, eum in Panario *Justini Martyris, Irenaei, Hippolyti, Eusebii* aliorumque scriptis ita usum esse, ut (teste Photio) nihil ab iis excogitatum intactum relinqueret quaeque ipse proprio Marte elaborarat, adderet.[74]) Et haec, quae de suo adjiciebat, plane, sicut nonnulla ad Dorotheanum librum additamenta[75]), magnam partem a veritate longissime aberant; ingentes enim, crebri ac paene incredibiles sunt viri ceterum venerabilis errores[76]), vel in iis rebus, quas eum, quippe ex Judaeis Christianum, Palaestinensem et quinque linguarum peritum, optime scire potuisse exspectes. 2) Vel plagii eum ream fecit

Ἀπόστολος, καθὼς ἡ παράδοσις περιέχει κ. τ. λ.). V. Hippolyti Opp. ed. Fabric. I. p. 84.

74) Photius in Bibl. n. 124: ἅπερ τε ἐκείνοις ἐῤῥήθη τὰ χρήσιμον ἔχοντα, οὗτος οὐ παραλέλοιπε, καὶ εἴτι προςεξευρεῖν ἠδυνήθη, προςέθηκε.

75) V. c. Amosum patrem esse Jesaiae, Ahabum regem esse Judae.

76) Castigati a Petavio et, quod l. de gemmis attinet, a Braunio in l. de Vestitu Hebraeorum (v. c. p. 764. Errat Magnus Epiph., cum dicat, S. Pontificem ter in anno, in Paschate, Pentecoste et Tabernaculorum festo (!), ingredi Sanctum Sanctorum, cum nunquam illis diebus illud ingressus fuerit).

ıfinus, homo suimet ipsius nec gnarus nec potens, cu-s verba Hieronymus in l. III. Apologiae refert: Hic Epiph.) est ille delirus senex, qui ideo Origi-em legi prohibet, ne alii ejus furta cogno-:ant. Cujus audacis calumniae certe hoc in Epiphanio ıeret, quod in iis, quae alii in literis elaboraverunt, ad ɜ convertendis, non semper ingenue agebat et talmudi-ım istuc: האומר דבר בשם אומרו מביא גאולה לעולם on religiose observabat.

Quintum argumentum est, opusculum de Prophetis ıonnulla indubitatis sive authenticis Epiphanii scriptis ›lane contraria complecti. Verum etiam hoc argumentum eve et infirmum est. Nam unum tantummodo ejus con-:radictionis exemplum profert Zehnerus, et tale quidem, quod tantumdem pro Epiphaniana opusculi origine testetur, quantum contra eam testari videtur. In Vita Eliae refertur, Eliam fuisse *ἐκ φυλῆς Ἀαρὼν Λευΐτην*. Hoc *Λευΐτης* (quod supervacaneum atque adeo ambiguum est) apud Dorotheum non reperitur. Additamentum est interpolatoris, quem Epiphanium esse eo verisimile fit, quod hic ipse Eliam et Levitam et Aaronitam esse in l. II. Panarii (Haeres. XLV.) contra Melchisedecianos asserit, genealogia ejus ex traditione additâ.[77] At in Panario pater Eliae *Ἀχιμαάμ* (אחימעץ), in l. de Prophetis *Σωβάκ* nominatur: quae diversitas, inquit Zehnerus, in causa

77) Opp. ed. Petav. I. p. 470. *Ἵνα δὲ μὴ κατὰ τοῦτο πλάνη τις γένηται, οὐδὲν λυπήσει ἃ καὶ ἐν παραδόσεσι κατειλήφαμεν λέγειν. εὑρήκαμεν γαρ τοῦ Δανιηλ τὸν πατέρα Σαβαάν τινα καλούμενον, τοῦ δὲ Ἠλία φύσει καὶ τὴν πατριαρχίαν ὡςαύτως εὕρομεν· ἥντινα καθ᾽ εἱρμὸν ὑφηγήσομαι οὕτως· Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ἐξ ἱερέων δῆλον καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀχιμαάμ· Ἀχιμαὰμ δὲ υἱὸς τοῦ Σαδὼκ κ. τ. λ.* Paulo infra notat, de Sadrach, Mesach et Abednego *οὔτε ἐν ἀποκρύφοις οὔτε ἐν παραδόσεσιν* quidquam inveniri. Cf. p. 1085. de Abrahamo: *ὡς εὕρομεν ἐν ταῖς παραδόσεσι τῶν Ἑβραίων*; p. 287. fabulas ex *Λεπτογενέσει* excerptas; p. 511. *δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι· ου γαρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι.*

est, cur vix credam, Epiphanium genuinum esse hujus libri auctorem. Neque enim verisimile est, ipsum velut sui oblitum, opiniones contrarias scriptis suis inserere voluisse. Respondemus: 1) etsi haec contradictio tolli nequeat, nostra nihil refert; nam Epiph. ipse, ut ex l. l. Panarii apparet, sensit, genealogiam, quam ibi exstruxit, male fundatam esse. In Panario exhibet, quae tum, nescio ubi, invenerat; in l. de Prophetis, qui utique non est critice historicus, ea quae apud Dorotheum ipsi obvenerant, fideliter reddidisse potest. Atqui 2) valde incertum est, num n. pr. *Σωβὰκ*, patris Eliae, genuinum sit totusque locus recte se habeat. Mira est enim Codicum in loco ac potissimum nomine illo scribendo varietas; neque tamen, cui hebraico nomini respondeat, ex his variis scripturis extricari potest. [78])

His praemissis, perspicuum est, nihil obstare, quominus l. *περὶ τοῦ Προφητῶν* ab Epiphanio profectus esse possit. Nam si vera sunt ea, quae multis et gravibus argumentis probare sategimus, primum, Dorotheum, quem Procopius de Prophetarum quoque vita et obitu scripsisse testatur, non esse fictitium, deinde hoc syngramma non e latino sermone in graecum translatum, sed ab ipso Dorotheo graece consignatum esse, liquet, Epiphanium syngrammatis Dorotheani interpolatorem esse posse. Refutantes vero eos, qui l. *περὶ τῶν Προφητῶν* ab Epiphanio profectum esse negaverunt, simul esse eum *ab* eo profectum confirmavimus idque Codicum testimonio,

78) Text. Torini et Petavii: *Σωβὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.* Doroth. Chronici Paschalis: *Σβαχὰ ὁ πατὴρ αὐτοῦ;* Doroth. Musculi: pater illius Sabacha; Cod. Aug. a Petavio collatus: *Σοχοβὰ ἡ μήτηρ,* et paullo post: *ἐλθὼν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἀσώμ.* Hebraica nmm. sono consimilia et similiter ab Alexandrinis transscripta sunt שׁוֹבֵק LXX. *Σωβήκ* (Neh. 10, 25); שׁוֹבָךְ LXX. *Σωβάκ* (2 Sam. 10, 16. 18.); סִבְּכַי LXX. *Σεβοχά, Σοβοχαί, Σοβοχαΐ* (2 Sam. 21, 18. 1 Chr. 11, 29. 20, 4. 27, 11.), sed nullum de his in patrem Eliae quadrat.

libri antiquitate (quippe qui jam medio sec. VIII. ad Epiph. referebatur) atque ejus indole falli. Quibus originis Epiphanianae indiciis hoc unum addimus, quod libri apocryphi in epilogo allegatio et consuetudini Epiphanii optime congruit et vix in aetatem convenit ab Epiphanio multum dissitam.[79] Concludimus igitur, non *Pseudepiphanium* quempiam inter annos 525 et 759 (quibus finibus terminisque, si syngramma Dorotheanum a Procopio sive fictum sive translatum esset, circumscriberemur), sed *Epiphanium* Constantiae Episcopum inter annos 362 et 403 l. *περὶ τῶν Προφητῶν πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται* conscripsisse, Panario absoluto, cum in extrema jam senectute, teste Hieronymo, varia cuderet opera. Haec satis sunto de Pseudepiphanio, qui dicitur; alii judicent, contigeritne nobis, ad finem perducere disquisitionem a majoribus inceptam, diu plane intermissam necdum a quoquam, quoad scio, pertextam, quae quidem, quantumvis arida, spinosa, exilis

79) Epilogus libelli hic est: *Καὶ ἄλλοι Προφῆται ἐγένοντο, ὧν τὰ ὀνόματα ἐγγέγραπται ἐν ταῖς αὐτῶν γενεαῖς ἐν βίβλῳ ὀνομάτων Ἰσραὴλ, ὧν οὐκ ἐμνημονεύσαμεν.* Hunc librum nominum Israëlis neque Philonianum neque Eusebianum esse posse jam sensit Zehnerus, qui in comm. ad h. l. scribit: „Reliquorum nomina procul dubio consignata fuerunt in Judaeorum Genealogiis (Esr. 2, 59. 1 Tim. 1, 4. Tit. 3, 9.) vel publicis tribuum descriptionibus, quas Herodes Magnus (*τῷ συνειδότι τῆς δυςγενείας κρουόμενος*) comburi jussit?“ At quo jure Epiph. ad librum provocare poterat, qui suo tempore pridem erat deperditus? Ego non dubito, esse librum apocryphum intelligendum, qui Epiphanii tempore nondum interciderat et ex quo tum ab aliis Patribus nonnulla desumta sunt, tum ab Epiphanio genealogia Eliae contra Melchisedecianos ex traditionibus prolata (cf. h. l.). Fortasse hoc apocrypho Epiph. usus est in conficiendo l. suo de hebraicis nominibus, qui a Joh. Erigena in l. IV. de Divisione Naturae citatur. Etiam de hoc opere veteres silent; at in Cod. Bibl. Publ. Paris. MDCLVI. 12. continetur Epiphanii Lexicon, in quo vocabula hebraica librorum sacrorum explicantur, superest autem tantum litera *A* nec illa integra (Fabric. Bibl. T. VIII. p. 277.).

videri possit, necessaria tamen est et a nobis, cum de Habacuci aetate ac vita scribere constituissemus, sine injusta antiquitatis ecclesiasticae contemtione ac despicientia devitari non poterat.

Addenda.

Ad p. 13. Ad hanc traditionem de Habacuci circulo respicere videntur translatores veteres (A. V. *circum*; Σ. *conclusum*; Th. *gyrum*), v. *Wahl*, Habac. p. 139 s.

Ad p. 16. Quaenam sint illa „exemplaria chald.", de quibus *Casp. Sanctius Centumputeolanus* (Comm. in XII. proph. min. Lugduni 1621 fol.) loquitur, aliis dijudicandum relinquo.

Ad p. 22. n. 51. „Aegypti *Caesareae*" fort. i. q. *Αὐγουστονίκης* (Epiph. Haer. LXXIII. c. XXVI.) s. Augustamnicae.

Ad p. 23. *Discophorus* jam apud *Hieronymum* (Praef. in Dan., Lib. adv. Jovin.) nomen solenne est Habacuci ad Danielem translati.

Ad p. 24. Origenem versionem Danielis LXXviralem in Hexaplis praetermisisse asserit *Simon de Magistris* (Praef. ad Daniel. sec. LXX), quem secutus sum. Hinc factum esse dicit, ut, cum Hexaplares editiones utpote emandatissimae ubique legerentur, versio Danielis LXXviralis pro inutili haberetur atque a librariis negligeretur; eandem causam esse putat, quod Hier., qui ceteris in prophetis explanandis versione LXX Seniorum quam saepissime utitur, in uno Daniele vix paucas quasdam voces ex hoc versione adduxit, cum Hexapla ante oculos haberet, in quibus omissa erat. At quid Or. columnae illi *quintae* LXXvirali substituerit, Simon ipse nescit et, ut certe aliquid ponat, conjecturam facit, Origenem ad eam columnam explendam *Hippolyti* usum esse commentario. Quin potius, uti nunc censeo, res ita se habet. Origenes in sua Tetrapla versionem LXX *invariatam* (quae dicitur *Communis*, *Vulgata*, *Λουκιανός*), in Hexapla eandem ex Theodotionea adhibitis asteriscis et obelis *emendatam* recepit. Hanc *hexaplarem* LXX Interpretum editionem Hier. vertit et *τῇ Κοινῇ* utpote pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum corruptae praefert (Ep. ad Sunniam et Fretelam), hanc Hierosolymae atque in Orientis ecclesiis decantari (ib.), hanc sub asteriscis et obelis editionem omnes Christi ecclesias tam Graecorum quam Latinorum Syrorumque et Aegyptiorum legere refert (Prooem. Comm. in Dan. Opp. V. c. 619—22 ed. Veron.). In *Daniele* vero ecclesia ne hexaplarem quidem τῶν Ο'

editionem, sed, ea repudiata, solam versionem *Theodotioneam* recepit (ib.), quae a LXXvirali adeo discrepat, ut Theodotionea pura LXXvirali inde correctae ac plane immutatae praeferenda videretur. Id quod, teste Hieronymo, judicio *magistrorum ecclesiae* factum est, scilicet *Hippolyti*, *Origenis*, *Eusebii*, jamque pridem factum erat tempore *Porphyrii* Christianos oppugnantis, qui Theodotioneam Danielis versionem adhibet. Quodsi igitur Theodotio versionem suam edidit post a. 150 (sec. *Lumperum* t. IV. p. 6. „circa a. 182 vel, ut habet Chron. Alex., ao. 186. Commodi VIto"), non potest dubium esse, intra quod annorum spatium Theodotionea Danielis versio ab ecclesia recepta fuerit. Ergo falsa sunt, quae *Zach. Frankelius* in opere ceterum eximio: *Vorstudien zur Septuaginta* p. 39 s. comminiscitur: „*Für das Buch Daniel ist die Uebersetzung des Theodotion und nicht der LXX seit undenklicher Zeit (!) im Brauche; die Ursache dieses Verfahrens war schon den Alten unbekannt. Aber auch Daniel mochte in einer von Alexandrien entlegenen Gemeinde (viell. in einer kleinasiatischen) übertragen worden sein; diese Uebersetzung verbreitete sich später (!), als die des Theodotion (der jene kannte und benutzte), und als die Kirche in früher Zeit (?) die Schriften des A. T. in einen Kanon brachte, musste sie (!) Theodotion für Daniel aufnehmen.*" Neque intelligo, quid sibi velit, cum dicit p. 249: „*Der Chisianische Cod. aber — denn noch waltet hierüber mancher Zweifel (?) — die alte Version der LXX enthalten.*" Dubitatum est de apographi Blanchiniani fide, neutiquam de ipsa versione ut LXXvirali.

Ad p. 28. „ut ex Ignatii (l. l.) et Justini Martyris testimoniis inde petitis apparet." Locus ex Ignatii ep. majori ad Magnes., utpote interpolata, argumento esse non potest, v. p. 26.

Ad p. 29 fin. *Aquilam* et *Symmachum* Susannam interpretatos esse Simon de Magistris inde colligit, quod *Didymus* et *Epiphanius* versionem ejus a LXXvirali et Theodotionea diversam citare videntur (Daniel sec. LXX p. XX.), quod ad oram Susannae in Cod. Chis. monogramma literas *Α. Σ. Θ.* repraesentans conspicitur et quod Susannae primi versus usque ad quintum *lemniscis* insigniti sunt, qui, teste Isidoro Hisp., ibi positi sunt, ubi interpretes non singulis verbis, sed eodem sensu convenirent (not. ad cap. XIII.). Ad haec *Caet. Bugatus* (Daniel ex Codice Syro-Estranghelo etc. p. 156 s.) adnotat, se in Cod. Chis. literas *Α. Σ. Θ.* satis distincte exaratas invenisse, unde appareat, tres istos interpretes suas edidisse Susannae interpretationes a LXXvirali diversas; accedere codicis Syri auctoritatem, cujus margini, Aquilae nomine omisso, literae initiales nominum Symmachi et Theodotionis adscriptae sint; lemniscos vero eo consilio ab Origene

positos esse, ut iudicaret priores quatuor aut quinque versiculos Susannae apud LXX deesse, et ex reliquis interpretibus, Symmacho potissimum et Theodotione, suppletos esse. Recte igitur *De Wette* (Einl. § 259.) Susannam in *trium* interpretum editiones receptam ait.

Ad p. 31 ss. § 15. Hac in quaestione de authentia loci ex Bereschit Rabba a Raymundo allati consideratione dignum est, *Nachmanidem*, Raymundi (fl. c. 1250) et aequalem et popularem, qui commentarium suum in Pentateuchum ao. 1268 absolvit, hoc ipso in comm. locos duos aramaicos *Sapientiae Salomonis* (ספר חמתרגם הנקרא חכמתא רבתא דשלמה) VII, 5—8 et VII, 17—21. afferre, qui cum textu versionis *syriacae*, exceptis varietatibus prope iisdem, quas p. 84. n. 85. notavimus, *verbatim* congruunt (v. Naftali Wessely חכמת שלמה Praef. II. הרב), ita ut alterutrum ponendum sit, aut Nachmanidem versionem syriacam ante oculos habuisse, aut hanc ipsam ex archetypo judaeo-aramaico fluxisse, quod sec. XIII. nondum intercidisset. Sane idioma adeo *syriacum* est, ut ipse Nachm. et in transscribendo et in vertendo identidem fallatur, ac vel a dictione Additamentorum Estherae aramaicorum (quae ex Cod. Vatic. exscripta v. Daniel sec. LXX. p. 433—450 ed. Rom.) valde diversum. Idem, ut p. 31. n. 74. adnotavimus, *Susannam* citat (init. Par. תצא). Nam מגלת שושן Susannam esse (syr. ܕܫܘܫܢ [illegible]), vix controversum esse potest; quare corrigendum est, quod *Zunzius* (Gottesd. Vortr. p. 122.) dicit, Volumen quoddam Susorum (*eine Rolle von Susa*) a Nachmanide citari. At locus, quem Nachm. affert, non invenitur in Susanna, sed in l. *Judith* (I, 7—11.), ex cujus syriaco textu (Walton Polygl. t. IV. p. 64.) sic emendandus est: ....., ושדר מלכא דאתור על בלהון עמורא דלבנא ועל כל העמרין על יד ימא ועל עמורא דכרמלא ודגלעד והפך פתגמא דנבוכדנצר בלהון עמוריה דארעא ...., ולא דחלו מנה Susannam pro l. Judith nominavit vel quia in exemplari, quo usus est, hunc illa praecedebat, vel, id quod verisimilius est, errore deceptus.*) Vix igitur dubitari potest, cum hic quoque locus verbatim cum versione syriaca concinat, Nachmanidae versionem apocryphorum syriacam praesto fuisse; unde suspicari possis, Raymundum Cod. Gen. Rabbae in manibus

---

*) Reapertius in l. כרם חמד (t. VI. 1841. p. 256—258) contra *Hirsch Chajas*, auctorem libelli אגרת בקרת, conjecturam promsit, l. Judith propterea מגלת שושן vocari, quia cum descriptio Echatanorum i. e. Susorum inchoet; ingeniose sane, sed falso. Nescivit Susannam syriace ܫܘܫܢ vocari.

tenuisse, cujus margini locus ille de Habacuc discophoro ex Peschitho adscriptus esset. — De מגלת חשמנאים v. Rapoport l. l. p. 166. 258.

Ad p. 33. infr. „in Cod. quoque Parisino“ adde: seculi XIII.

Ad p. 36. n. 88. *Susannae* igitur quatuor exstant recensiones syriacae: A) sec. *Theodotionem:* 1) Peschitho; 2) Jacobi Edesseni ao. 704 p. Chr.; B) sec. *LXX:* 3) Syrohexaplaris (Syrotetraplaris) ao. 617 p. Chr.; 4) editio Heracleensis, quam a syrohexaplari, ut Bugatus ostendit, bene discerni oportet. Ex his *primam* versionis simplicis e fonte judaeo-aramaico fluxisse conjecimus.

Ad p. 37. „aetate *Ebed-Jesu*“ h. e. metropolitae Sobae et Armeniae (m. ao. 1318 p. Chr.) Nestoriani, qui in suo *Mimra* (Catalogo versificato), libros sacros enumerans, haec habet: „*Daniel*, Judith, Esther, Susanna, Esdras et *Daniel minor* (דניאל זעורא).“ Idem S. Hippolyto Martyri tribuit „comm. in *Danielem minorem* et *Susannam* (פושק דנ׳ ז׳ ושושן).“ Ergo Daniel minor appellatur apocryphon de Belo et Dracone (cum canticis Azariae et trium puerorum ex sententia Assemanii l. l.).

Ad p. 40. *Jusippon* fabulam de Habacuco discophoro cum historia canonica conjungit, et sicut hanc, historias quoque de Belo et Dracone (c. XIII. XIV. ed. Breith.) sub *Dario Medo* ponit.

Ad p. 46. „Argumentum tertium, quo *Africanus* Susannae authentiam impugnat, est duplex illa paronomosia, quam fabulae graecam originem prodere dicit. Hoc argumentum sexcenties inculcatum tantum jam valuit apud *Hieronymum*, ut dicat: „Quod si quis ostenderit, duarum istarum arborum scissionis et sectionis in Hebraeo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc scripturam recipere“ (Comm. in Dan. Opp. t. V. c. 784 Veron.). Hoc non tam difficile esse intellexit jam *Plessnerus* (נוולים p. 45 s.), quamquam periculum, quod fecit, paronomasiae aramaice reddendae probare non possumus. At poterit ὑπὸ σχῖνον translatum esse ex תחות בלוטא (Jer. Gen. 35, 8. Hos. 4, 13) et σχίσει σε μέσον ex ה׳ יְלוּטְנָךְ; ὑπὸ πρῖνον ex תחות בוטמא (Gen. 35, 4. 2 Sam. 18, 10.) et πρίσει σε μέσον ex לְהַדְמָא אותך, vel ex תחות אֲלָתָא (Jos. 24, 26) et לְפַלָּתָא אותך. Hebraice poterat ludi vocabulis אֵלָה et אַלּוֹן, אַלָּה et פַּלַּח. Ejusmodi paronomasias in linguis semiticis facillimas esse *arabica* quoque Susannae versio ostendit. Ergo nihili est argumentum inde petitum.

Ad p. 50. Ad *Sozomenum* cf. Kalendarium Rom. 15 Jan. ac Menologium Graec. 2 Dec. et 24 Jan.

Ad p. 57. Testes antiquissimi pro authentia libelli Dorotheani sunt *Cosmas* (vid. p. 85), *Isidorus* (m. 636) et *Chronicon Alex.* Nam *Isidorus* quoque *Hispalensis* in l. de vita

et obitu utriusque Testamenti Sanctorum (Monumenta Patrum orthodoxographa p. 587 ss.) plurima a *Dorotheo* mutuatus est, eorumque, quae Epiphanii propria sunt, nihil exhibet. De Habacuco Isidorus corrupte: „Habacuc de tribu Simeon in agro *Bethsachar* ortus est. Hic biennium regressionis Israel de captivitate in agro *Abarith*, quae est et Ceila, e vita discessit" cf. Sanctii Prolegg. in Hab. p. 1111).

Ad p. 44. § 22. „pro *θεοπνεύστοις* et libris canonicis auctoritate paribus" h. e. canonicis sensu *recentiori* (inde ab Athan. Hier. Rufin. Sophron); nam si canon ex *prisco* usu loquendi de librorum *ecclesiasticorum* s. *δεδημοσιευμένων* collectione intelligatur (qua significatione sane diversus esse canon *Hellenistarum* h. e. Judaeorum aegypt. cyren. cypr. a canone *Hebraeorum* h. e. Judaeorum asiat.), nullus Patrum apocryphis, de quibus agitur, locum in canone denegavit.

Ad p. 46. „*deuterocanonica* esse censebatur, minime divina." De libris *quasi canonicis et ecclesiasticis* (qui medii sunt inter canonicos et apocryphos) loquitur Hieron. (Opp. II. p. 608.). In iis, quae de Origenis contra Africanum sententia dixi, secutus sum *Walstenium* (cf. *Calmet* Dict. *Daniel*), quem refutare satagit *Lumperus* (t. VII. p. 89 ss.), id agere Origenem affirmans, ut Susannam genuinam Danielis canonici partem esse evinceret. Neque celare possum, me iis, quae *Redepenning* (Origenes Abth. I. p. 232 ss.) disseruit, adductum esse, ut et ipse libros apocryphos ab Origine pro *γνησίοις* et divinis habitos esse censeam. Idem valet de ceteris Patribus, quos p. 45. adduxi, quare limitanda sunt, quae initio paragraphi et paginae 46. dixi.

Ad p. 51. *Kaplanus* in lex. geogr. ארץ קרומים perinde esse conjicit, חֶלְקַת Jos. 21, 31. et חקוק 1 Chr. 6, 60. esse vicum eundem et utrumque nomen ex חלקת מחוקק (Deut. 33, 21) esse abbreviatum.

Ad p. 56. l. 6. *ἐντυχικῶς* per itacismum pro *ἐντυχηκῶς*.

Ad p. 62. *Ἡ Ὀδύσσου πόλις*, *Ὀδυσσόπολις* eadem urbs esse videtur, quae alias *Ὀδυσσὸς* (*Ὀδησσὸς*) vocatur, in Moesia inferiore ad Pontum, Milesiorum colonia.

Ad p. 71. Methodium *Tyri* ep. fuisse testantur *Hier.* et *Suidas* (*καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπ.*). Rejicitur a *Tillemontio* (Mémoires t. V. p. 198. 342. n. 1.), *Basnagio* (Annal. t. II. ad a. 299), *Lumpero* (t. XIII. p. 431—434); defenditur a *Jo. Andr. Sixto* in diss. de Meth. (Lump. l. l. p. 912 ss.). Methodius simpliciter Olympi (in Lycia) ep. vocatur a *Socrate* (VI, 13.), *Maximo* (Schol. in Dion. Areop. de eccl. hier. c. VII) et *Ebed-Jesu* (Assemani Bibl. III, 1. p. 27.) Pro „*Chaldice in Graecia*", ubi Hier. Methodium martyrium

passim: ejus refert, *Sophronius* et *Suidas* habent: ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς h. e. Chalcide, quae est Syriae Chalcidensae metropolis.

Ad p. 76. Etiam *Hegesippus*, cujus fragmenta V genuina esse vix dubitari potest, non mitius, quam Dorotheus, expertus est virorum doctorum judicium. Ejus de martyrio Jacobi narratio instar anilis fabulae explosa acerrimeque impugnata est. Totum ejus opus *Dupinus* parum accuratum fuisse et fictis ac fabulosis historiis magis quam narrationibus solidis et veris refertum judicat. Et *Petavius*, „non diffiteor", inquit, „nonnulla vel a Hegesippo prodita vel ab aliis inserta, quae parum probabilia videantur; sed totam ipsam historiam damnandam propterea nego. Nam pleraque in illa vera sunt aut veris certe simillima, quaedam absurda." V. *Lumperus* t. III. p. 109 ss. Non video igitur, quo jure ii, qui neque existentiam *Hegesippi* neque authentiam fragmentorum ejus propter suspectam narrationum fidem addubitent, Dorotheum neque fuisse neque Synopsin scripsisse propter fabulas admixtas tam fidenter asseverent.

Ad p. 77. Opuscula de XII app. et LXX disc. *Hippolyto* „Portus Romani in Italia ep." minime attribuenda esse probare studet *Lumperus* t. VIII. p. 111 — 112.

Ad p. 88. n. 54. „ortum" adde: et ab *Isidoro* in l. de Sanctis, Monum. Patr. Orthodoxographa p. 593.

Ad p. 97. Notandum est etiam, opusculi de vitis prophetarum *syriacam* versionem extare, quae *Epiphanio* attribuitur (Assemani Bibl. Or. I. p. 607. III, 1. p. 45). Inter Codd. Clementino-Vaticanos praeterea inveniuntur Prophetarum et Apostolorum Vitae, syr. (ib. II p. 584) et Opusc. de morte Prophetarum et Apostolorum, item syr. et scriptis aliquot Epiphanii adjectum (ib. II. p. 499). Opuscula Dorothei, Hippolyti, Epiphanii inter Syros, qui talibus mirifice delectabantur, pervulgata fuisse apparet. Epiphanii opusc., de quo egimus, usus esse videtur Nestorianus *Salomon Chalatensis*, Metropolita Bassorae (c. 1222 p. Chr.); qui in l. I. c. 32. operis sui *Dourito* inscripti de morte prophetarum agit, quo quisque modo vita functus et sepultus sit, vitasque describit Esaiae, Hoseae, Joelis, Amos, Abdiae, Eliae, Elisaei, Jonae, Michaeae, Nahum, Habacuc, Sophoniae, Haggaei, Zachariae, Malachiae, Hieremiae, Ezechielis, Danielis, Ahiae, Esdrae.

ואז בירון[3]) מס ונה כוורד בג׳אוידאן וגרס שוד בפאדשאה בג׳אית
ובי כאנד בסמה כומראן ביל וגופת באישאן בי גויד נון במן
כיסת אוי כוורה סמה אן דאדה אמדה דר פיש ביל ואגר נה
אגאה כונד תחקיק כושתן כושתאייד ואגר בי נומאייד במן כי
אן ביל אוי בכוותר אוי שוהה אישאן רא׳ משתאיד דניאל בג׳יאת
כי כאפר שוד בביל וגופת דניאל בפאדשאה באדה סמלונין לון
סלונאן תו ואינאן כומראן בודנד הפתאד מרדומאן. בג׳ייר אז
זנאן אישאן ופוסראן אישאן ודוכתראן אישאן ובי שוד פאדשאה
ואבאז אוידניאל בקנר ביל וגופתנד כומראן בפאדשאה אינך איימה בירון
שויס בבירון ותו פאדשאה בי נה נאן ואמיכתיגי יין וגושת ובעד לונין
בי בנד אן דר ומוהר בון אוירה באנגושתיר כי בתו ובאמדן תו
בוקת פרדה אגר נה יאפתאיד כי ביל כוורד מר סמה. כושתן
כושתאייס ג׳ומלה איימה ואגר כוורד כושתאיד דניאל אנג׳י סלון
גופת דרוג׳ אבר איימה אמה אישאן בודנד אעתמיד כרדיגאן
(اعتماد كردگان) אבר אן. כנדס כי כרדנד זיר כאן ביל בבירון
אמדן. ובאנדר שוך באוי ובסמה רתי ורתי שואאן באנג׳אי בכוורדן
סמה ובוד לונאנ׳י (چنانچه) בירון אמדנד כומראן אז קנר ביל
ובנהאד פאדשאה מר אן כוורדניהא אבר כאן ביל ובי פרמוד
דניאל בבנדיגאן אוי באוורדן כאך ובנהאדן אוירה בכרבאר (بغربال)
בביכתן וביכת אן כאך ובי פושיד סמה רוי זמין קנר ביל דר
חוטור (حضور) פאדשאה ובי כרדנד סמלונין ובירון שודנד ובי
בסתנד אן דר פס אישאן. ומוהר כרדנד אוירה באנגושתיר פאדשאה
ובי רפתנד באישאן ובי שודנד כומראן ביל בשב לון רסס אישאן
אישאן תנאן אישאן פוסראן אישאן ודוכתראן אישאן ובי כוורדנד
ובי תנג׳ידנד ג׳ומלה אוי ור לאסת (وبرخاست) פאדשאה בוקת
בר אמדן סחר ודניאל אבאז אוי ובי שודנד בדרגאה קנר ביל
וגופת פאדשאה בי בין אי דניאל במוהר אגר אוי קאוס
וג׳ואב דאד דניאל וגופת בפאדשאה סמה קאימסת ואיסתייד
פלאתאל (في الحال) גשוד אן דר וניגה (ونگاه). כרד פאדשאה באן
כאן ובי כאנד באואז באורג בגופתן באורגי תו ביל וניסת לומאנה
בתו וניסת אתר מכר מד תו ובי כנדיד דניאל ובגרפת בפאדשאה
בג׳אדה אנג׳י נה בשודן בקנר וגופת באוי ניגה כון נון רוי זמין
כי אינך כף פאיהא נישאן כרדיגאן טלב כוני כי בכיסת איגאן
וגופת פאדשאה בינה. סס. מן 'כף' פאיהא כי במרדומאן תנאן

---

3) Leg. בירון (extra), sicut ceteris in locis.

וכודמאן. וגהס שוד נפאדשאה בבאית ופר פרמוד פאדשאה באווכרן
מר אן כמורתון ומר זנאן אוסאן ומר פוסראן אושאן ופי אורדנד
אושאן רה בנדיגאן פאדשאה ואושאן נאדנד נפאדשאה כסדה אן
כונה ([illegible]) אנלי אנדר שואן באנגאי בלאורדן ובתנגיאן
סמה אנלי אבר כאן ביל ופי פרמוד פאדשאה בכושתן מר
סגוהתון ביל ובספארד מר אן נכס בדסת דניאל בכרדן אוירה לון
בלת תוי ופארס כרד דניאל מר אן נכס ופי כנד מר מחראב אוי ·

ובוד באנגאי מאר בחורג ובפרסתידנד אוירה כסדאאן. וגופת
פאדשאה בדניאל איכך ניסת תו תואנא בגופתן אה אין כי ניסת
אוי מעבוד קמיס אגר סמלוכין. סגדה בר באוי וגואב דאד דניאל
בפאדשאה בגופתן וגופת מן סגדה ברא בכודאי כאלק מן כי
אוי הסת כודאי קאדר ותו פאדשאה בי דס במן חיגאזה (אגאזה .I
בכושתן מר אן מאר ופי כוסס אוירה בבי לוז ושמשיר וגופת
פאדשאה חגאזה בדסת תו ובסתד דניאל זפת ורוגן ומוי ופסס
ופי פוכת אישאן רא יך גאי ופי כרד אוירה סרשתה ופי דאד
אוירה בדהאן מאר ופי מורד אן מאר וגופת דניאל איכך מעבוד
שומא אנלי המי פרסתיד אוירה ובוד לונאלי אשנידנד כסדאאן
אן סלון גרס שוד באישאן בגאית וגמע שודה אמדנד מוקאבל
פאדשאה בגופתן איכך יהוד שודה אמד פאדשאה כי ניסת כרד
ביל ופי כושת מר אן מאר ופי כושת מר אן כומראן ולונאלי
שודנד דר פיש פאדשאה גופתנד באוי בספאר דניאל בדסת אימא
ואגר נה בי כושים תורא ומר סמה מרדוס לאנדאן תו ופי דיד
פאדשאה כי גמע שודה אמדנד באוי בזור ורהאלי שודה אמד
בספארדן מר דניאל בדסת אישאן ובסתדנד אוירה כסדאאן
ובנהאדנד אוירה בלאה שיראן ובוד באנגאי שש רהאה אמה דר
לאה· בודנד הפת שיראן ודאדה אמד באישאן בהמה רוזי דו
תנהא גאן מרדוס ודו גוספנד ואז אן סנגאס נה דאדה אמד
באישאן לאזי תא כי נכליר כונכד דניאל וחבקוק בוד נביא דר
זמין יהודה ובדסת אוי טעאם פוכתני ובגואל אוי נאן באוורדן

בדרוגאן. כונאן (ىرو كشان) ·ור דשת וגופת מלאך כודאי בחבקוק

אן כוורדני אנלי בדסת תו בי בר בבגדאד בדניאל אנלי פרו
בורדנד אוירה במיאן לאה שיראן וגופת חבקוק אי כודאונד כאר
מן בבל נה דידסס (ويگا ام) מן ואן לאה ניסת מן שנאסה
ובגרפת אוירה מלאך כודאי במוי סר אוי ופי בורד אוירה בבבל
במוי סר אוי ופי בורד אוירה בבאד באן לאה ופי לאנד חבקוק
בגופתן דניאל בנדה כודאי בסתאן לוורדני אנלי פרסתאד תורא
כודאי וגופת דניאל יאד כרד מרא כודאי בתחקיק כי נה רהא
המי כוני מר דוסתאן תו ור לאסת דניאל ופי לוורד אמה